ēntiali denoiatione extrinſeca. Silr eadē poª dicit accidētalis in ordie ad actuʒ 2ᵐ ⁊ accītalem: ⁊ dr accītalis iſta potētia denolatione extrinſeca. mō nō eſt incōueniēs ꝙ aliqđ vnū ⁊ idē poſſet dici ēntiale ⁊ accītale extrinſece ⁊ denoiatine. Ex quo ſeqtur ꝙ nō variaẜ potētia ĩ mã pma reſpcū forme ⁊ opōnis ꝯñiis formã: ⁊ h idē bʒ dici de potētia eſſentiali in intellectu ⁊ accītali ⁊c. ❡ Ad 2ᵐ argᵘ. Rñdeẜ: cū dicis. ille potētie ſunt diſtincte que nō ſunt in eodē ſubõ ⁊ fundamēto. Rñdeo ꝯcedēdo iſtam maiorē: ⁊ negaẜ minor: ꝙ potētia eſſentialis ⁊ accītalis mãe nō ſint in eodē ſubõ ⁊ fundamēto. ❡ Et ſi dicas. cuius eſt potētia: ciᵘ eſt actus: ſʒ potētia ēntialis ⁊ accītalis reſpcū forme ⁊ opōnis ꝯñis formam fundanẜ in mã pma. igiẜ forma ⁊ opatio forme fundaẜ in mã pma: ꝯñs eſt falſuʒ. g̃ illud ex quo ſeqtur. ❡ Ad h rñdeẜ dicēdo: ꝙ cuiᵘ eſt poª: ciᵘ eſt actᵘ: vel vt receptini: vel vt illiᵘ: qđ eſt rō recipiēdi: ita ꝙ in quocūq; fundaẜ poª ad aliqđ: in eodem recipiẜ illud: vel ſaltē iſtud in quo eſt poª eſt rō recipiēdi reſpcū illiᵘ. mō ſic eſt: ꝙ lʒ mã pma non ſit ꝓximū receptinū reſpcū opationis: eſt tñ rō recipiēdi ipſi ꝯpoſito: qđ eſt imediatū receptiuū ipſiᵘ. Qđ declaraẜ. Sic eñi actualitas ⁊ actiuitas ꝯpetit ꝯpoſito rōne forme: ita poª paſſiua ⁊ receptiua ꝯpetit ꝯpoſito rōne mãe. g̃ ſi ꝯpoſitū recipit opōne forᵉ h ē rōne mãe. ❡ Pōt ēt dari 2ᵃ rñſio dicēdo: ꝙ cᵘ eſt poª ciᵘ eſt actᵘ. verū eſt de poª ꝓxima ⁊ imediata reſpcū actᵘ. Sʒ poª q̃ fundaẜ in mã pma ſiue ſit ēntialis: ſiue accītalis nō eſt poª ꝓxima reſpcū opōnis receptibilis in ꝯpoſito: ſʒ eſt poª remota. Poª aūt ꝓxima paſſiua ⁊ receptiua fundaẜ in toto ꝯpoſito: ⁊ ita cuiᵘ ē pō loq̃ndo de poª ꝓxima: ciᵘ vt receptiui eſt actᵘ. ❡ Sʒ contra iſtã rñſionē iſtaẜ ſic. Certū eſt ꝙ poª accītalis in mã pma eſt ꝓxima reſpcū actᵘ: q2 ois poª accītalis ꝑ Ar. 2º de aia. tex. cō. 5. ⁊ 8º. phy. tex. cō. 32. eſt poª ꝓxima. g̃ ſeqẜ ꝙ in mã pma imediate recipiẜ opō actualis. ❡ P. 2º inſtaẜ. Nã data vītate rñſiōis ſeqẜ ꝙ erūt due poᵉ accītales reſpcū eiuſdē. vna cōpoſiti: ⁊ altera mãe pᵉ. ❡ Ad pᵐ iſtoꝝ. Rñdeẜ pmittēdo ꝙ aliq̃ poᵃⁿ eē ꝓximã pōt eſſe vel ex pte actᵘ receptibilis ⁊ ex pte fundamēti: in q̃ fundaẜ talis poª: ita vt ſit ex pte vtriuſq; tã fundamēti q̃ termini. Uel aliq̃ eſt ex pte termini ſolū. Illa dr eē ex parte vtriuſq;: q̃ bʒ imediatū ordinē ad ipm actū tãq; ad terminū: ſic ꝙ ipm reſpicit nō mediãte alio. Et vltra h: q̃ fundamētū ipſiᵘ poᵉ eſt imediate receptiuū ipſiᵘ: ſʒ poª ē ꝓxia ex pte termini ſoᵐ ꝑ oppoᵐ: q̃ reſpicit terminū nō mediãte alio: ⁊ fundaᵐ ipſiᵘ poᵉ nō ē imediate receptiuū ipſiᵘ: ſʒ aliqđ aliđ pſupponit. Dico g̃ ꝙ ois poª accītalis eſt ꝓxia ſm Ar. vel rōne termini ⁊ fundamēti: vel rōne termini ſolū: q̃ reſpiciẜ imeᵗᵉ a tali pō: ⁊ nō ꝑ aliqđ meᵐ: ⁊ ſic ꝯcedo potētiã accītalē fundatã ĩ mã pᵃ eē ſic ꝓximã ex pte termini: q̃ ē actualis opō: ſʒ nō ex pte fundamēti: qđ ē ēntia mãe: ſʒ poª q̃ fundaẜ in ꝯpoſito eſt ꝓxima: ex pte vtriuſq;. ❡ Et ꝑ h rñdeẜ ad 2ᵐ: ꝙ nō ē icōueniēs ꝙ deñẜ due poᵉ ꝓxie reᵘ eiuſdē diffoʳⁱᵗᵉʳ accipieᵉ ipſas: ſʒ bñ ē icōueniēs accipiendo vniformiter: ⁊ hoc eſt veruʒ etiã de poª accītali: ꝙ. vʒ. vbi poª accītalis ñ accipiaẜ vniformiter ⁊ eodē mō: nō ē icōueniēs talē poᵃᵐ mltiplicari. Et q̃ dcã ſūt de pō ēntiali ⁊ accītali ĩ mã: applicenẜ ad poᵃˢ ēntialē ⁊ accītalē itellᵉs reᵘ ſcie hitualis ⁊ opōnis ꝯñis hitū. ❡ Ad 3ᵐ ⁊ vltiᵐ rñdeẜ dicēdo: ꝙ eodē appetitu appetunᵗ q̃lʒ iſtaꝝ ꝑfectionū. ſ. ſciaʒ hitualē: itellīre: ⁊ ꝯiūctionē cū ſubīs ſepatis. mō ꝑ dictᵘ eſt ſupiᵘ in 3ᵒ notãdo.

❡ Cauſa autē eſt quia hic maxime cognoſcere nos facit ⁊ multas rerum differentias demonſtrat. Textu prologi.

Queritur. Utrū ſenſus viſus ſit nobilior ſenſus oībus alijs: ⁊ faciat magis ſcire. Et arguiẜ ꝙ nō. Ille ſenſus eſt nobilior: ⁊ facit magis ſcire: per quē homo efficiẜ ſapientior. Sed ſenſus auditus eſt hꝰ. Teſtante Ariſ. in de ſenſu ⁊ ſenſato. Ubi cōcludit q̃re ſapiētiores a natiuitate priuatorum vtroq; ſenſu ſunt ceci ſurdis ⁊ mutis. igiẜ ⁊c. ❡ Scđo ſic arguiẜ. Ille ſenſus magis facit ſcire: per quē magis certificaẜ itellectᵘ de re cognoſcibili. Sed ſenſus tactus eſt hꝰ. g̃ ⁊c. Maior ē manifeſta: q2 cognitio ſenſitiua ordinaẜ ad itellectiuaʒ. minor aūt ꝓbaẜ in exēplo de baculo exñte in aq̃: quē viſus diiudicat eſſe fractū: Tactus aūt iudicat ipm eē integrū: ⁊ ita cognitio ſenſus tactᵘ ꝯformaẜ veritati rei cognoſcibilis: ⁊ per cōſequēs itellectus videẜ quodãmō rectificari ⁊ certificari de vītate rei ꝑ ſenſū tactᵘ: ⁊ nō per ſenſuʒ viſus. ❡ Itē 3º. arguiẜ. Ille ſenſus magis facit ſcire: qui eſt pluriū cōtrarietatū q̃ ille qui eſt vniᵘ ꝯtrarietatis. Iſta ꝓpoſitio pʒ: q2 quãʒ vnius cōtrarietatis ſint ad minus duo extrema ſm genus. Ille qui eſt duarū cōtrarietatū eſt pluriū cognoſcitiuus q̃ ille qui eſt vnius tantū. Senſus viſus ē vnius contrarietatis. Senſus tactus eſt duarū cōtrarietatū. teſtanẜ Ar. 2º de aia. tex. cōmē. 106. igiẜ ⁊c. ❡ Item vltimo. Prime qualitates ſunt per ſe tangibiles: vt vult Ariſt. 2. de gñōne. tex. cōmenti. 7. Sed vbicūq; eſt poſteriꝰ: ibi ⁊ ſuū prius. Igitur vbicūq; ſunt q̃litates viſibiles: ibi ſunt q̃litates tangibiles. Sʒ quecūq; habēt q̃litates tangibiles ſunt cognoſcibilia tactu. g̃ oīa ſenſibilia in qbᵘ ſunt q̃litates viſibiles ſūt cognoſcibilia a ſenſu tactᵘ.

Ad oppoſitum tamē eſt Ariſto. in pº metaph. in ꝓlogo. qui probat nãlem dilectionem ſenſuuʒ ꝓpter cognitionē ſenſitiuã. ex hoc: q̃ illuʒ ſenſuʒ magꝭ nãliter diligimus qui eſt magis cognoſcitiuus: cuiuſmodi eſt ſenſus viſus. Qđ ꝓbat ex duplici cauſa. Tuʒ q2 eſt in cognoſcendo certior. Tuʒ q2 plures rerū differētias nobis oſtēdit: q2 oīa corpora: taʒ ſuperiora q̃ inferiora lucē ⁊ colorē participant. Hãc eandē ſententiaʒ habet in de ſenſu ⁊ ſenſato: non multū poſt pncipium: vbi iquit. Multas qdem differentias ⁊ multimodas viſus annunciat potētia: q2 oīa corpora coloreʒ participant. Et poſt moduʒ ſubdit. Quare ⁊ cōia magis per hoc ſentiunẜ. Dico aūt cōmunia: magnitudinem: motū: quietem: figuram: numerum ⁊c.

In iſta qōne. Primo declaraẜ pars: que erit tenēda. 2º ſoluenẜ rōnes facte ĩ pn.

Quantum ad pmū. pars affirmatiua queſtionis eſt tenenda ſub iſta pma concluſione affirmatiua. Senſus viſus eſt nobilior ceteris ſenſibus: ⁊ magis cognoſcitiuus: que qdem pma cōcluſio ꝓbatur q̃drupl̃r. Primo ex parte obiecti. Scđo ex parte organi. Tertio ex parte medij. 4º ex parte actus ſentiendi.

❡ Ex pma via arguiẜ nobilitas ⁊ perfectio ſenſus viſus q̃tum ad pluralitatem cognoſcibiliuʒ a tali ſenſu: ⁊ quo ad eius prioritatem reſpectu aliorum ſenſuuʒ ex comparatione ipſius ad obiectū propriū. Scđo ex comparatione eius ad obiectū cōe alijs ſenſibᵘ. Tertio ex vniuerſalitate obiecti eiᵘ. ❡ Prio ſic. Ille ſenſus eſt prior ⁊ vtilior in cognoſcēdo: cuiᵘ obiectū eſt ſimpl̃r prius ſm naturaʒ. Sed obiectū viſus eſt hꝰ. ergo ⁊c. Maior eſt nota: q2 ordo potentiarū q̃tuʒ ad ſuas opationes eſt ex ordine obiectoꝝ: circa que operantur: vt colligitur de mente Ar. 2. de aia. tex. cō. 63. minor aūt ꝓbatur. pº auctoritate Ar. 2. de gñatione. tex. cōmēti. 7. pallegato. vbi vult: ꝙ ſicut viſus eſt prior tactu: Ita ⁊ ſubīm ipſiᵘ: hoc eſt obiectū.

cuius ratio viſibilis (inquit ipſe) non eſt corporis tangibilis paſſio ſm ꝙ tangibile: ſed ſm aliud .i. ſm aliquam aliam naturaꝫ vel qualitatem: que eſt cõmunis corpori generabili ⁊ corruptibili: ⁊ etiã incorruptibili. Sicut eſt forſan natura perſpicui. Et concludit. Et ſi contingat natura priꝰ. Ex hoc innuens: ꝙ illa ratio: ſm quaꝫ corpus eſt viſibile: eſt ṗor natura qualitate tangibili: ac etiã ceteris qualitatibus ſenſibilibꝰ. ¶ Scḋo ꝓbat̄ hec minor ratione ſic. Illa qualitas dicit̄ eſſe ſimpliciter prior ſm naturam: que conuenit corpori priori ſimpliciter: q̃ ſint qualitates: que tñ conueniũt corpori generabili ⁊ corruptibili. Sed qualitas viſibilis (ſicuti ẽ lux ⁊ color: extẽdẽdo nomẽ coloris) reperitur in corporibꝰ celeſtibus: q̃ ſunt priora ſimpliciter ⁊ ſm naturam: ⁊ non reperiuntur alie qualitates ſenſibiles ab alijs ſenſibꝰ exterioribꝰ. igitur ⁊c̄. ¶ Scḋo ex iſta via arguit̄ principaliter ſic. Ille ſenſus eſt ſimplicior ⁊ nobilior cuiꝰ obiectũ propriuꝫ eſt ſimpliciꝰ ⁊ nobilius. Sed obiectũ propriũ viſus eſt hꝰ. igit̄ ⁊c̄. Maior eſt nota. Minor aũt probat̄: qꝛ certũ eſt: ꝙ lux que eſt obiectũ propriũ viſus eſt ſimplicior ⁊ immaterialior: q̃ alie qualitates ſenſibiles ab alijs ſenſibꝰ exterioribꝰ: propterea q̄a competit corpori ſimpliciſſimo: qḋ eſt ſpiritualiꝰ ⁊ immaterialius ceteris corporibus: in quo ſm Ariſto. nulla eſt materia: aut forma informans materiam: que eſt altera pars compoſiti. Alie autẽ qualitates ſenſibiles iſequunt̄ compoſita: vel ratione materie: vel ſaltem ratione forme a materia cõprehenſe. Sic apparet diſcurrẽdo per omnes qualitates ſenſibiles ſenſuum exteriorꝫ. ¶ Itẽ ⁊ 3ᵒ ex hac via ꝓbatur: ꝙ iſte ſenſus eſt pluriũ cognoſcitiuus ex vniuerſalitate obiecti: qꝛ ille ſenſus eſt pluriũ cognoſcitiuus: cuiꝰ obiectũ formale ⁊ ꝓpriũ reperit̄ in omnibus ſenſibilibꝰ. Sed obiectũ ſenſus viſus: ſicuti eſt lux vel color: eſt hꝰ. igitur ⁊c̄. Maior eſt manifeſta: ⁊ minor etiam patet ex dictis. Et ſic ex hac via: ſcꝫ ex comparatione viſus ad obiectuꝫ propriũ: ṗmo probatur prioritas nature de ipſo. ſcḋo ſimplicitas ⁊ immaterialitas. tertio vniuerſalitas ⁊ communitas in cognoſcendo. ¶ Secundo principaliter ex hac via conſimilibus rationibus probantur iſta tria ex comparatione viſus ad ſenſibile commune: quod eſt magnitudo: vel quantitas: quia ille ſenſus videtur eſſe prior: qui percipit magnitudinem ſimpliciter priorem. Senſus viſus eſt huiuſmodi: quia percipit magnitudinem exiſtentem in corporibus celeſtibus: ⁊ non contractam ad corpus generabile ⁊ corruptibile: quemadmodum faciunt alij ſenſus exteriores. ¶ Preterea. Iſta magnitudo: q̃ eſt in corporibus celeſtibus: non inſequitur ſubſtantiam ratione materie: ſed ratione forme. Magnitudo autem in iſtis inferioribus inſequitur materiam: Sed qualis eſt ordo forme ad materiã: talis eſt ordo magnitudinis corporis celeſtis ad magnitudinem iſtorum inferiorũ. Sed ordo forme ad materiaꝫ eſt ordo prioris ſimpliciter ad poſterius: vt eſt de mente Ariſtotelis. 7. metaphyſice. tex. cõmenti. 7. ⁊ 9. metaphyſice. tex. cõmẽti. 13. vbi vult: ꝙ actꝰ eſt prior potentia ſimpliciter. igitur ⁊c̄. ¶ Per idem ꝓbatur ſimplicitas ⁊ immaterialitas de ipſo viſu ex ſenſibili cõmuni: quia abſolutuꝫ eſt ſimplicius ⁊ imaterialius contracto. Magnitudinem abſolutam ⁊ indeterminatã ad corpus celeſte ⁊ ad corpꝰ generabile percipit ſenſus viſus: ⁊ non alij ſenſus. igit̄ ⁊c̄. ¶ Et ꝯſimiliter ꝓbat̄ vniuerſalitas: vt priꝰ argutũ eſt de ſenſibili cõi. q̄re ⁊c̄.

Ex ſecunda via arguit̄ etiam tripliciter. primo ſic. Ille ſenſus eſt nobilior: cuius organum eſt nobilioris complexionis: Organuꝫ ſenſus viſus eſt hꝰ. igitur ⁊c̄. Maior videtur nota: quia quãꝫ virtus ſenſitiua fundetur in organo: Illa virtꝰ eſt nobilior: cuius organum eſt nobilius: ⁊ melius diſpoſitum ſm cõplexionem. Minor aũt probatur: quia illud organuꝫ eſt melioris complexionis ⁊ diſpoſitionis: in quo magis reſidet ſenſus tactus: ſed ſenſus viſus eſt huiuſmodi. g̊ ⁊c̄. maior huius proſyllogiſmi patet (primo: quia tactus eſt ſenſus neceſſarius ad vitaꝫ animalis: ⁊ ad eius eſſe. Unde propter hoc concluditur cor eſſe ṗncipaliſſimũ membrum animalis: quia in ipſo principalius reſidet virtus tactiua. Unde Ariſt. in de ſenſu ⁊ ſenſato. vult. ꝙ ſenſus tactus ⁊ guſtus fundentur in corde) eadeꝫ maior proſyllogiſmi eſt nota per Ariſto. 2. de anima. Qui vult ꝙ homo in tactu excedat cetera animalia. Et vlteriꝰ ꝙ quanto complexio corporis humani ⁊ organi eſt contemperata ⁊ reducta ad quandaꝫ mediocritatem qualitatũ ṗmaruꝫ: tanto magis in ipſo eſt itenſior ⁊ efficacior ſenſus tactus: ⁊ per ipſum ſenſum viuaciorem melius percipitur obiectuꝫ tangibile. vnde dicit. molles carne mẽte aptos dicimus: duros autẽ ineptos. Et eſt tex. cõmẽti. 94. Minor aũt ſyllogiſmi: probatur: quia in illo organo eſt viuacior ſenſus tactꝰ: quod citiſſime leditur a nociuis: ⁊ ſtatim ſentit contrarium ⁊ nociuum. Sed organuꝫ viſus. ſ. pupilla oculi eſt huiuſmodi. igitur ⁊c̄. ¶ Item ſcḋo principaliter ſic. Illud organum videtur eſſe nobilius: ad cuius conſeruationem plura ſunt producta a natura. (Iſta patet: qꝛ natura non deficit in neceſſarijs: neqꝫ abundat in ſuperfluis. ex. 3. de anima. tex. cõmenti. 45.) Organuꝫ viſus eſt huiuſmodi: vt pꝫ de ſupcilijs: palpebris: ⁊ alijs: quibus hic ſenſus cõſeruatur: ⁊ a nociuis defenditur. igitur ⁊c̄. ¶ Item tertio. Illud organuꝫ eſt nobilius ⁊ melioris diſpoſitionis ad actum ſentiendi: in quo predominatur elementũ quantũ ad illud qḋ eſt facillime impreſſionis ⁊ receptionis intentionum ſenſibilium. Sed ſenſus viſus eſt huiuſmodi. Nam in ipſo predominatur aq̃ inquantum perſpicua ⁊ diaphona: que q̃litates ſunt magis receptiue intentionuꝫ ſenſatoruꝫ: q̃ ſint qualitates: ſm quas elemẽta in alijs ſenſibꝰ predominant̄: vt habet videri in. 2. de anima. Et hoc non diſputando mõ: Utrũ oculus ſit organũ viſus: aut nerui obtici: ſꝫ tenendo cõmunem viam: ꝙ oculus ſit tale organũ: hec dicta ſint.

Ex tertia via. vꝫ. ex parte medij arguit̄ nobilitas iſtius ſenſus. Arguitur etiam tripliciter. ṗmo. nam medium ipſius eſt ſimplicius ⁊ purius q̃ media aliorum ſenſuum. Ita ꝙ quãto tale medium eſt ſubtilius ⁊ limpidius: tanto eſt melius diſpoſitum ad acceptionem ſpecierum viſibilium. Ex hoc arguitur ſic. Ille ſenſus eſt nobilior cuius medium eſt ſimplicius ſubtilius: ⁊ immaterialius: medium ſenſus viſus eſt huiuſmodi. igitur. ⁊c̄. ¶ Itẽ ſecundo. Ille ſenſus eſt nobilior: qui recipit intentiones ſenſatas per medium non ſolum generabile ⁊ corruptibile: ſed etiaꝫ ingenerabile ⁊ incorruptibile q̃ ſit ſenſus: qui tãtũ recipit per mediuꝫ quod eſt materiale ⁊ corruptibile: ſenſus viſus eſt huiuſmodi: qui immutatur a luce: non ſolum per aerem: verũ etiam per mediũ: quod eſt celum: per quod medium percipit lucẽ ſolis ⁊ aliorum planetaruꝫ: alij autem ſenſus per iſta inferiora generabilia ⁊ corruptibilia. igitur ⁊c̄. ¶ Item 3ᵒ. Ille ſenſus eſt immaterialior: ⁊ ex ꝯſequenti certior: qui imutatur per medium: qḋ recipit ſpẽm ſenſibilem ſoluꝫ intentionaliter: ⁊ non materialiter. Senſus viſus eſt huiuſmodi: ⁊ nullus alius ſenſus preter ipm̄. igit̄ ⁊c̄. Maior eſt manifeſta: qꝛ quãto mediũ ſpũalius recipit intentionem ſenſibilem: tanto organũ ſenſus ſpũalius immutatur. ¶ Preterea: qꝛ ex ſcḋo de aia. tex. cõmẽ. 71. ⁊ 76. ⁊ deinceps mediũ ⁊ organũ ſunt eiuſdem rõnis: quo ad il-

lam qualitatem ſm quam ſpecies ſenſibiles multiplicā tur in medio ⁊ in organo: quia quāz ſpecies ſenſibilis in medio ⁊ in organo ſint eiuſdē rationis: ⁊ paſſiua recipiē tia ipſas ſpecies erunt eiuſdem rationis. Nam ex ſecun do de anima. tex. cōmēti. 66. inquit Auerroys. Melius eſt eniz exiſtimare ꝙ cauſa in diuerſitate materie eſt di uerſitas formarum: nō ꝙ diuerſitas materie ſit cauſa di uerſitatis formarū. Unde ſicut diuerſe forme alteri⁹ ra tionis ſunt in diuerſis ſubis alteri⁹ rationis: Ita forme eiuſdem rationis ſunt in ſubiectis eiuſdem rationis. Et ꝓpter hoc Ariſ. in ſcdo de anima. concedit organū ⁊ me diū eſſe eiuſdez rationis: qꝛ ſpecies in medio ⁊ in organo ſunt hoꝝ. minor principalis probatꝰ: quia mediū per quod viſus recipit ſpeciem viſibilem tm̄ immutatur immuta tione intentionali: ⁊ non imutatione naturali. Uoco aūt immutationem naturalem: quādo paſſum recipiens for mam ab agente recipit ipſam formam ſm illud eſſe rea le: aut ſm diſpoſitionem materie conuenientem forme: prout forma eſt in agente: Immutationem autem inten tionalem voco: ſm quam paſſum recipit intentionem ⁊ ſpeciem forme: non autē ipſam formam. Modo ſic eſt: ꝙ ſenſus viſus tm̄ recipit ſpeciē obiecti viſibilis: ⁊ ſimi liter mediū: ⁊ non recipit ipm̄ obm̄: aut formaz eius ſm eſſe reale. Alij autem ſenſus immutantꝰ vtraqꝫ imutatio ne: ⁊ ſimiliter mediū ipſoꝝ. Naz in tactu ⁊ in guſtu orga nū ⁊ mediū alterantur alteratiōe ſimpliciter: quia orga nū ⁊ mediū in immutatione tact⁹ realiter alterantꝰ ſm caliditatem aut frigiditatem. Guſtus ⁊ eius mediū alte rantur etiaz alteratione ſimpliciter recipiendo realiter ſaporem. Odoratus ⁊ mediū eius ſimiliter alterantꝰ alte ratione ſimpliciter ſm odorem realiter multiplicatū in medio ⁊ in organo. Similiter dicēdū eſt de auditu ⁊ ei⁹ medio: que non tm̄ immutantur ſm alterationem ſim pliciter: verū etiam ſm motū localem aeris ſonū deferē tis. Et forte ad hanc intentionē dixit Ar. 7. phy. tex. cō menti. 12. Et ipſi ſenſus alterantꝰ. patiuntꝰ enim: act⁹ eniz ipſoꝝ motus eſt per corp⁹ patiente aliqd ſenſu. q̄re ⁊c̄.

Ex via vltima ex parte actus arguitꝰ nobilitas et di gnitas: ⁊ perfectio: iſtius ſenſus tripliciter. p̄⁹ ſic: ille ſenſus eſt perfectior qui cognoſcit duo ꝯtraria ſil eque perfecte ⁊ diſtincte: ac ſi eſſet vnumqꝫ ſine illi ſen ſus: qui confuſe ⁊ indiſtincte percipiūt hꝫ contraria. Sē ſus viſus eſt hꝫ ⁊ nullus alius preter ipm̄. igitur ⁊c̄. Ma ior eſt manifeſta. Minor aūt probatꝰ. Nam certuz eſt: ꝙ ſi ponantur ante oculos duo contraria ſcꝫ albū ⁊ nigrū: ſenſus viſus percipiet vtrūqꝫ diſtincte: ⁊ ꝑceptio vni⁹ nō impediet perceptionem alteri⁹. Alij aūt ſenſus ſic perci piunt contraria ⁊ oppoſita: ꝙ vnū impedit cognitionem alteri⁹. Ratio pro ſenſu viſus eſt: qꝛ obiecta non immutāt ipm̄ niſiītētionalr̄: ⁊ per ſpecies que ſimul in ſuis actua litatibus vltimatis poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Et ſi obiecta ſunt contraria: ſpecies ipſorū aut etiam ſenſa tiones non ſunt cōtrarie. Ratio pro alijs ſenſibus ē per oppoſitum ad iſtud qꝺ nunc dictū eſt: qꝛ alij ſenſus non tm̄ recipiunt ſua obiecta intentionali: verum etiam re aliter: recipiendo ipſa ſm eſſe proprium reale ipſorum: ⁊ quia contraria non poſſunt recipi ſimul in eſſe reali in aliquo ſubiecto in vltima eorū actualitate: ideo nullus alioꝝ ſenſuū poteſt percipere ipſa contraria perfecte et diſtincte ſm ꝓprias eoꝝ actualitates: ſed ſenſatio vnius impedit ſenſationem alterius. ¶ Item ſcdo ex hac via arguitur ſic. Actus vidēdi eſt vniuerſalior: ⁊ ad plura ſe extendens: igitur actus iſte eſt perfectior ⁊ nobilior. ꝯn̄a eſt nota: ⁊ antecedēs ꝓbatur. Nam per actuz videndi ſi mul attingimus plura obiecta: vt dictū eſt: ſimulqꝫ attin gimus magnitudinez quātūcūqꝫ magnam: ⁊ etiam figu ram cuiuſcūqꝫ quantitatis. Tactus aūt non attingit ⁊ cō gnoſcit ſimul niſi magnitudinem determinate quātita tis ſm proportionem ad organum: per qꝺ exercetur ſen ſatio tactus: ſimulqꝫ non attingit plures magnitudines ⁊ figuras diſtincte. Et per oppoſitū ſenſus viſus ſil' perci pit viſibilia plura poſita ante ipſuz. igitur ⁊c̄. Qꝺ dixi de tactu idem dicenduz eſt de alijs ſenſibus particularib⁹: ꝙ non percipiunt: niſi vnum obiectū ſenſibile diſtincte ⁊ determinate quantitatis. ¶ Tertio ex hac via arguitꝰ ſic. Actus videndi eſt certior ceteris ſenſationib⁹ ſenſuū exteriorum. Igitur viſus excedit oēs alios ſenſus. Cōſe quentia eſt euidens: ⁊ antecedēs ꝓbatur. Nam certum eſt: ꝙ ille actus eſt certior: per quē magis certificatꝰ intel lectus de re cognoſcibili: vt ſuperius arguebatur. Actus videndi eſt hꝫ: qꝛ vbi aliquod ſenſibile percipiatur per viſuz: ⁊ per alios ſenſus: ſi cetera ſunt paria quantuz ad diſpoſitionem organi ⁊ medij: magis ſtatur iudicio ſen ſus viſus: ꝙ̄ aliorum ſenſuū. Hoc etiā iudiciuz de re co gnoſcibili magis inſeqtur intellectus: qꝺ declaratꝰ. Naz illud qꝺ percipitur per ſenſuz viſus: magis īprimitꝰ fan taſie ⁊ imaginatiue: que ſunt virtutes īmediate deſerui entes īntellectui: ꝙ̄ illa que percipiuntꝰ ab alijs ſenſibus. Cuius rei ſignū eſt: qꝛ ſomniātes magis ſomniant de re bus viſis: ꝙ̄ de alijs: que ab alijs ſenſib⁹ percipiūtur. Ex quo infertur: ꝙ intellectus magis mouetꝰ a ſenſibilibus per viſum: ꝙ̄ ab alijs aliorum ſenſuum. Ex his omnibus apparet veritas concluſionis ꝓpoſite. ¶ Scda conclu ſio eſt iſta. Senſus auditus magis facit ſcire: quo ad ſciē tiam habitam per doctrinam. Iſta cōcluſio patet ex ſen tentia Ariſt. de ſenſu ⁊ ſenſato. vbi habet: ꝙ ſermo audi bilis exiſtēs cā eſt diſcipline nō ſꝫ ſe: ſꝫ ſm accidens. Et paruz ante. Horū aūt ipſoꝝ ad neceſſaria qdez melior ē viſus: ⁊ ſm ſe. Ad intellectū aūt ⁊ ſm accn̄s eſt auditus. Uñ ſciā quedā eſt habita per doctrinā: quedā eſt habita per ꝓpriā inuētionē: ⁊ illa que eſt per inuētionē eſt ſim pliciter ꝑor illa que habetꝰ per doctrinā. Viſus aūt (quā ſit prior ſenſus prioritate cōmunitatis ⁊ vniuerſalitatis vt dcm̄ eſt) cōfert ad ſciam ſimplr̄ ꝑorē ſm ſe. Sed ad ſciam poſteriorē que eſt per doctrinā confert auditus: q eſt magis limitatus ⁊ determinatus ad determinata co gnoſcibilia. ¶ Aduertendū tm̄ ꝙ auditus vꝛ plus cōfer re per accn̄s ad ſciam: ꝓpterea: qꝛ non ſic confert: niſi ex aliquo qꝺ eſt accn̄tale obo audibili: inquātum eſt audibi le: aut īmutatiuū auditus. Ex inſtitutione. n. ⁊ per accn̄s vox audibilis eſt expreſſiua conceptus: qꝺ non competit ſibi ex nā talis obi: ſꝫ preciſe a voluntate humana ſic inſti tuente ⁊ determināte. Cui obo audibili ſic īpoſitū eſt: vt ſit ſignū expreſſiuū concept⁹: qꝛ voces audibiles ſunt ſic promptiſſima ſigna ad hos ꝯcept⁹ exprimēdos pre cete ris alijs ſenſibilib⁹ ꝙ̄ ſit oba alioꝝ ſenſuū. ⁊ ſic pꝫ ad qōez.

De vltimo art⁹: Ad argumēta ꝑncipalia r̄ndetur. ¶ Ad p̄ᵐ ꝙ Ari. intelligit: ꝙ ceci na ti ſunt ſapientiores ꝙ̄tum ad ſciam habendā per doctri nā: per accn̄s tm̄ vt dictū eſt. Sed ſurdi ⁊ muti habentes viſuz ſunt ſapiētiores cecis ꝙ̄tum ad ſciam habitā per in uentionē ⁊ per ſe: ad quā viſus per ſe ⁊ directe conducit. ¶ Ad 2ᵐ argᵐ r̄ndetꝰ: ꝯcedēdo maiorē: ⁊ negādo minorē. Et ad ꝓbationē r̄ndetꝰ ꝙ cetera non ſūt paria. Viſus. n. iudicat baculū exn̄tē in aq̄ ꝑ mediū groſſū ⁊ īdiſpoſitū. Tact⁹ aūt iudicat ſuū ꝓpriū ſenſibile imeᵗᵉ: aut ꝑ mediuz ſufficiēter diſpoſitū: ⁊ ſic certi⁹ ē iudiciū tact⁹ ꝙ̄ viſus: qꝛ cetera nō ſūt paria. ¶ Pōt et dici: ꝙ iudiciū qꝺ vꝛ fieri ꝑ viſū n̄ ē ipſi⁹ viſus: ſꝫ ſenſus cōis: qꝛ nō hꝫ viſus iudicatꝰ de ſenſi⁹ niſi de colore: ⁊ de alijs q̄ ſpectāt ad nāz coloris.

Similr̃ de magnitudine ꝛ de q̃titate:ſed non h̃ȝ iudicare de his que accidunt magnitudini ꝛ q̃titati:quẽadmodū forte eſt eē cōtinuū aut diſcontinuū. Factū aut integrū:que ꝑtinent ad iudiciū altioris ſenſus. Et ſm̃ hoc dixit Ar̃.2° de aīa.tex.cō.63.Et nō decipiṫ viſus:qm̄ color neq; auditus:qm̄ ſonus. Sȝ qd coloratū aut vbi:aut qd ſonās. Innuens per hec ꝙ accn̄tia q̃ adueniunt ſenſibilibus ꝓpꝛijs:aut cōibꝰ:nō ſunt dijudicāda per ſenſus particulares exteriores. ℂ Pro maiori tn̄ itelligentia huiꝰ reſponſionis notādū eſt ꝙ ſenſatio vnius ſenſus pōt cōparari ad ſenſationē alterius:vel due ſenſatiōes poſſunt cōparari ad aliqḋ vnū obm̄:quod percipitur ꝛ cognoſcitur per vtrāq; ſenſationē. Si pmo modo:dicimus ſenſationē viſus eſſe certiorem quacūq; alia ſenſatione. Si 2° modo:cognitio que fit per duos ſenſus eſt certior q̃ȝ illa que fit per vnū tm̄. Et ita ſi vnuȝ ſenſibile cognoſciṫ per ſenſuȝ tactꝰ ꝛ per ſenſuȝ viſus certiꝰ cognoſciṫ q̃ȝ vbi cognoſcaṫ ſolū per viſuȝ. ℂ Ad 3m argumentuȝ reſpondeṫ cōcedendo maiorē:ſi cetera ſint paria:ꝛ ad minorē diciṫ ꝙ lȝ ſenſus viſus ſit vnius cōtrarietatis tm̄:q2 tamē obiectū ſuū in pluribꝰ reperiṫ q̃ȝ ſenſus tactus:Ideo viſus eſt pluriū cognoſcitiuus. ℂ Pōt etiā dici ꝙ ſenſus tactꝰ non eſt vnus:vt eſt duarum contrarietatū niſi mālit̃ ꝛ ſubiectiue:ſic ꝙ in quacūq; parte neruí:aut organi tactꝰ fundaṫ potētia ꝑceptiua vnius cōtrarietatis:fundatur ꝛ alia alterius contrarietatis: que potētie ſe cōſequuntur:quẽadmodū extrema iſtaruȝ cōtrarietatū ꝑceptibilia a ſenſu tactus ſe cōſequūtur:q2 ſicut qualitates actiue.vȝ. caliditas ꝛ frigiditas fundātur in qualitatibus paſſiuis que ſunt humiditas ꝛ ſiccitas:ita tactus ꝑceptiuus contrarietatis inter caliditatem ꝛ frigiditatē vel ipſoꝝ extremoꝝ contrarietatis fundatur in tactu:qui eſt ꝑceptiuus alterius contrarietatis. Unde qualis eſt ordo mãe ad formā:talis eſt ordo iſtarū qualitatum tāgibiliuȝ:qḋ declaratur:q2 qualitates paſſiue.ſ.humiditas ꝛ ſiccitas conſequuntur compoſitū rōne mãe cuius eſt pati ꝛ recipere. Qualitates aūt actiue conſequuntur compoſitum rōne forme:ergo ſicut forma fundaṫ in mã tanq̃ȝ in ſubiecto:ita tactus perceptiuus qualitatis actiue fundatur in alio qui eſt ꝑceptiuus q̃litatis paſſiue. Unde in quacūq; etiam modica parte nerui predominatur aliq̃ qualitas ꝛ diſpoſitio:per quā neruus percipit vnā ꝯtrarietatem:in eadem etiā eſt alia qualitas:per quā neruus percipit aliā contrarietatem:ſeu extrema ipſius. ℂ Qz aūt ſint duo ꝓbatur:pmo ſic. Impoſſibile eſt vnū ſenſum tactus hēre ſimul ꝛ ſemel duos actus ꝑfectiſſimos.hoc.n. nō concediṫ de itellectu:de quo magis videṫ. Et rō huiꝰ eſt:q2 vnus ꝑfectiſſimus adequat ſibi totā virtutē potētie in pꝰ actu. Si g̃ ſecuȝ cōpareret aliuȝ actuȝ ꝑfectiſſimū:pmus nō adequaret:ꝛ ſic ſimul adequaret ꝛ nō adequaret. Sed tactus ſimplr̃ pōt hēre duos actus ꝑfectiſſimos. Probaṫ:tactus ſimlr̃ ſentit aquā frigidā ꝛ humidā eſſe. Sȝ non eodem actu.probo.q2 impoſſibile eſt actuȝ ſentiendi eſſe reſpectu talis obiecti:quo remoto eēt iſte actus ſentiēdi:Sȝ remota frigiditate ab aqua (qḋ nō ē impoſſibile vel ꝑ nãm:vel ꝑtē vł per potētiā diuinā) adhuc tactꝰ ſentit humiditatē eiꝰ:ergo actus ſentiēdi humiditatē aque non eſt reſpectu frigiditatis eius:nec eſt actus ſentiendi frigiditatē. Sunt ergo duo actus ꝛ perfectiſſimi:quoꝝ vnus ab alio non dependet:vt viſum eſt. ℂ P̄.2°.ꝓbatur ideȝ ſic. Rō obiectoꝝ formaliter diuerſorum non eſt reſpectu eiuſdem actus:quū actus numeretur ꝛ menſureṫ ab obiecto ſuo formali. Sȝ humidum ꝛ frigiduȝ ſunt formalr̃ diuerſa.ergo ꝛc. ℂ P̄.3°:ab aqua ĩdꝰtum frigida recipiṫ vna ſpecies in organo tactus:ꝛ inquātum humida alia ſpecies in eodem organo. Spēs.n. frigiditatis non eſt ſpecies humiditatis:ſȝ ſpecies in organo eſt pncipiū actus vel formale:vel ſaltem inclinatiuum. Quū igiṫ ex duobus pncipijs diſperatis:non ordinatis adinuicē:non egrediaṫ ideȝ actus:ſequitur ꝙ actꝰ ſentiendi frigiditatem ꝛ humiditatem aque ſunt diuerſi. Ex quo concluditur:ꝙ tactus eſt vnus materialiter ꝛ ſubiectiue.non autem formaliter. ℂ Sed contra iſtam determinationem inſtatur:q2 ſi tactus ſunt duo:aut differunt numero:aut ſpecie.non numero:q2 ſunt in eodem ſubiecto:qḋ non eſſet ſm̃ cōmunem opinioneȝ ſi ſolo numero differrent. Similiter alter eorum ſuperflueret:q2 quando aliqua ſunt eiuſdem ſpeciei:a quocūq; poteſt pati vnum ꝛ aliud. Igitur a quacūq; contrarietate vel ſpecie ſenſibili imutaretur vnus tactus ꝛ alius: q2 que ſunt eiuſdem ſpeciei:quicquid competit vni:nō repugnat alteri. Nec poteſt dici ꝙ differant ſpecie:q2 ſpecies vniuerſi non ſunt eq̃les:quū ſe habeāt ſicut numeri.ex.8.meta. tex.cōmēti.10.Ergo vnus tactus erit perfectior alio. Sȝ hoc videtur falſum.quia eque perfecte tactus ſentit vnā contrarietatem ſicut aliam. ℂ Ad hoc dicendum eſt:ꝙ illi tactus differunt ſpē:ſicut ꝛ obiecta formalia. ℂ Ad obiectioneȝ dicendū eſt:ꝙ ille perfectior eſt:qui eſt perfectioris contrarietatis ſcȝ calidi ꝛ frigidi. Et quū dicis. ꝙ vnus eque perfecte ſentit ſuum obiectum ſicut alius. Dicenduȝ eſt:ꝙ quilibet eque perfecte ſm̃ proportionē attingit ſuum obiectum:ſed non eque perfecte ſimpliciter:ꝛ ſm̃ adequationem actus ad actum:aut potentie ad potentiā:vt diximus in queſtione precedēte de difficultate in cognoſcendo. Exemplum huius eſt. Oculus hoīs eque perfecte ſm̃ proportionem potentie ad obiectū viſibile videt ſolem:ſicut oculus aquile. Sed nō eque perfecte ſm̃ adequationeȝ:q2 actus videndi aquile eſt perfectior:quia acutior ꝛ limpidior q̃ȝ actus videndi hominis. Sic dicenduȝ eſt in propoſito de ſenſationibus iſtorum ſenſuum. ℂ Ad vltimum reſpōdetur.ꝙ qualitates tangibiles non ſunt priores ſimpliciter:vt allegatum eſt ſuperius de mente Ariſto.ibidem.vbi vult.ꝙ obiectuȝ viſus ſit prius natura qualitate tangibili: ſicut ſuperius expoſitum eſt ꝛ declaratuȝ. Sȝ qualitates tangibiles ex eo dicunṫ pme:q2 in quocūq; ſuſceptiuo ſunt qualitates tangibiles:viſibiles:ꝛ audibiles. Tangibiles preſupponuntur ab alijs:vt priores reſpectu determinati ſuſceptiui:ſcȝ reſpectu corporis mixti ꝛ elementati. Cum hoc tamē ſtat:ꝙ (nō determinando iſtas q̃litates viſibiles ad corpus mixtū aut elementatū) ſint priores ſimpliciter:ſic ꝙ eis nō repugnat eſſe in aliquo ſuſceptiuo ſine iſtis qualitatibus tangibilibus. Dicēdum eſt etiam ad minorem ꝙ vbicūq; eſt poſterius:ibi eſt prius:verum eſt vbi prius eſt de eſſentia poſterioris. Sic animal eſt de eſſentia hominis. Sȝ dato ꝙ qualitates tangibiles eſſent prime:non ſunt tamē de eſſentia lucis ꝛ coloris: loq̃ndo de colore extenſiue. Ex quo ſeq̃tur ꝙ alicubi poterit reperiri lux ꝛ color vbi nō erit qualitas tangibilis.

ℂ Alia quidem igitur imaginationibus ꝛ memorijs eueniunt. Tex. prologi. Qō. V.

Dubitatur pꝰ. Utrū cogitatiua diſtinguatur ab extimatiua. Et argṫ auctoritate.ſ. Thome ꝛ Auerroys.ꝙ virtus cogitatiua nō diſtinguiṫ a virtute extimatiua ſic. Nulla virtus ē ponenda niſi ꝑpter aliquam operationem:que debȝ ſibi competere ꝛ non alijs. Sed nulla opatio pōt cōpetere ꝟtuti extimatiue q̃ nō ꝯpetat

virtuti cogitatiue: ergo extimatiua nõ diſtinguit a cogitatiua. maior eſt manifeſta: minor aũt pbat. extimatiua .n. hʒ cõponere intẽtiones reſeruatas in memoratiua ⁊ imaginatiua. ſʒ h idẽ pt facere cogitatiua: g̃ ſupfluit extimatiua pter cogitatiuã: ita q̄ iſte virtutes nõ ſũt diſtincte.

Ad oppoſitum dupl̄r arguit: oĩs po^a organica ſenſitiua determinatur ad certũ gen^9 ſenſibiliũ. qm̃ diſpõ ipſi^9 cõſiſtit in media pportione illi^9 generis: vltra qd nõ pt ſe extẽdere. Sed cogitatiua eſt virt^9 organica: ⁊ determinat ad intentõez ſenſatã: g̃ nõ poterit apphẽdere intẽtiones nõ ſenſatas: neq; ipas cõponere. g̃ oʒ dare virtutẽ ſupiorẽ q̃ ſit apphẽſiua iſtaꝝ intẽtionũ ⁊ ipſaꝝ compoſitiua.

Reſpõdeo breuiter. tenẽdo opionẽ Auic. q̄ extimatiua diſtiguit a cogitatiua. ¶ Pro reſpõſione tñ ad arg^m añ op^m notãdũ: q̄ virtutes q̃ hñt ordinẽ eſſentialeʒ iter ſe: ſic ſe hñt: q̄ illa q̃ eſt ſupior eſt pluriũ cognoſcitiua: ſicut appet in exẽplo d ſenſu pticulari exteriori: ⁊ ſenſu cõi. Et de ſenſu interiori: ⁊ intellectu. Uirtutes ſenſitiue iteriores: ⁊ maxime cogitatiua ⁊ extimatiua hñt ordinẽ eſſentialẽ: ⁊ vna ſubordinatur alteri: g̃ illa q̃ eſt ſupior. ſ. extimatiua poterit plura cognoſcere q̄ cogitatiua. ⁊ ita cũ intẽtiões nõ ſenſate nõ apphendant a cogitatiua ſʒ viã Auic. apphendent ab extimatiua. ¶ Et p h appet rñſio ad arg^m. Dicẽdo q̄ neceſſitas ponẽdi extimatiuã diſtictã a cogitatiua: ẽ apphẽſio aliquoꝝ obiectoꝝ: q̃ nõ pñt apphendi ab aliquo ſenſu iteriori: aut exteriori. ¶ Sub codeʒ tex. q̃ritur.

Utruʒ imaginatiua ⁊ memoratiua ſint po^e apphenſiue: ⁊ cognoſcitiue. Et ar̃ q̄ ſic. q2 expimur i nobis q̄ recordamur alicui^9 pteriti inq̄tũ pteritũ eſt: ⁊ ſilr imaginamur. Sʒ iſta imaginatio nõ pt eẽ act^9 cogitatiue aut extimatiue: q2 tunc cogitatiua aut extimatiua eẽnt memoratiua: qd nõ cõcedit. Neq; ẽt pt eẽ act^9 ſẽſus cõis ⁊ ſenſus pticularis exterioris: q2 iſte po^e nihil apprehẽdũt niſi i pñtia rei ſenſibilis: g̃ act^9 recordatiõis ẽ memoratiue ⁊ imagiatiue. Ex q̃ ſeqtur q̄ iſte ſũt cognoſcitiue pfectiori mõ etiã q̄ aliq̃ alia po^a. q2 illa po^a dicitur eẽ pfectior i cognoſcẽdo q̃ cognoſcit difficiliora: ſed ita eſt q̄ difficili^9 eſt cogſcere pteritũ inq̄tuʒ pteritũ: aut futuꝝ inq̄tũ futuꝝ: ⁊ ſic cogſcere ẽ act^9 memoratiue ⁊ imagiatiue: g̃ iſte virtutes pfecti^9 ſũt cognoſcitiue.

Ad oppoſitũ tñ argr̃. Actiuo totali nãli ⁊ paſſiuo ſil̃ approxiatis ⁊ nõ ipeditis de neceſſitate ſequit actio: ſʒ actiuũ totale p te ſenſationis ⁊ nãle eſt obm̃ ſenſibile pñs i ſe vel i ſpẽ ſẽſibili. paſſiuũ nãle a tali obiecto ẽ ipſe ſenſus. ⁊ iſta duo ſunt i po^a memoratiua ⁊ imagiatiua. g̃ i ipis ſp ſeqtur act^9 memorãdi ⁊ imaginãdi reſpcũ illoꝝ obiectoꝝ: q̃ꝝ ſpẽs ſunt i ipſis. vl̃ ſaltẽ po^a memoratiua ſp hẽbit actũ recordationis reſpectu illi^9 obi ad qd ipſa po^a memoratiua magis nãliter iclinat. Sed oppoſituʒ expimur in nobis: g̃ memoratiua ⁊ imaginatiua: non ſunt po^e cognoſcitiue.

Pro rñſione ergo ad arg^m pmittit pmo q̄ potẽtia memoratiua nõ ẽ po^a tñ reſeruatiua ſpẽi: veꝝ ẽt eſt aliq̃ po^a cuius ẽ apphẽdere aliquẽ actũ i nobis pteritũ iquãtũ preterit^9 eſt: g actus pterit^9 eſt obm̃ pximũ recordationis. De h videas ſco. in. 4. diſ. 45. q. 3. vbi diffinit memoria. Memoria ẽ recordatio alicui^9 actus pteriti iquãtũ pteritus eſt: qui i fuit ſuppoſito recordãti. ¶ Scdm premiſſuʒ eſt: q̄ ab actu exñte in nobis defluit q̃dã ſpecies i memoratiua: aut in aliq̃ potẽtia reſeruatiua ſpecieꝝ: q̃ retinet ſilitu dinem actus: quia poſtmodũ defluẽte ⁊ redeunte ad cogitatiuã ſeu extimatiuã poteſt virt^9 cogitatiua aut extimatiua cõſiderare ipm actum non pñtem in ſe: ſed i ſpẽ. ⁊ non tñ poteſt hoc facere talis virtus: verũ etiã pt pcipere totuʒ fluxum tpis inter inſtãs in quo precfuit talis actus in nobis: ⁊ inſtãs pceptiõis pñtis. Nec obſtat q̄ iſte fluxus dicat eſſe ens ſucceſſiuũ. q2 ſucceſſiuũ ſicut eſt motus: eſt p ſe ſenſibile. Silr ſi dicas q̄ iſte fluxus g eſt mot^9 ſit numerus: hoc non ipedit: quin poſſit percipi a po^a ſenſitiua: qm̃ numerus eſt p ſe ſẽſibilis. ¶ Et ſi dicas: q̄ potẽtia ſenſitiua non pt pcipere actuʒ ppriuʒ: aut ſenſationẽ ipaʒ: qm̃ hoc arguit reflexionẽ potentie ſuper actũ: que reflexio puenit ex imaterialitate potẽtie. ¶ Reſpõdeo q̄ po^a ſenſitiua non põt percipe actũ propriũ in ſe: dum ſibi ineſt in ſe: ⁊ in exñtia ppria. Sʒ bene poteſt pcipere actuʒ pprium pñteʒ in aliq̃ ſpẽ q̃ p defluxum ab aliq̃ potentia reſeruatiua: mouet ipaʒ potentiã ad cõſiderationeʒ ipſi^9 actus repñtati per taleʒ ſpẽm. ⁊ ſic cognoſcere actũ ppriuʒ nõ arguit reflexiõeʒ potentie ſup actuʒ. ¶ Ultimo eſt notãdũ q̄ po^a memoratiua: ⁊ vlr q̃cũq; potentia reſeruatiua ſpecieꝝ cõſiſtit in oppoſita diſpoſitiõe nãli ei que eſt apprehẽſiua ipſorum obiectoꝝ. reſeruatiua. n. cõſiſtit in maxima ſiccitate ⁊ frigiditate. qm̃ ſicci aut frigidi ẽ bene retinere. Sʒ apprehenſiua cõſiſtit i diſpõne calida ⁊ humida: qm̃ humidi ẽ facile apphẽdere. ⁊ p caliditatẽ fit defluxus ſpirituũ deferẽtiũ ſpẽs ad ipaʒ potentiã apprehenſiuam.

Ex his oĩbus apparet rñſio ad arg^m. Cuʒ dicis q̄ actus memorãdi ⁊ recordãdi nõ eſt act^9 cogitatiue: aut extimatiue. Dico q̄ actus memorandi eſt act^9 cuiuſdã aggregati ex po^a memoratiua: ⁊ ex potẽtia cogitatiua ſeu extimatiua. Nã memoratiua nõ ẽ tñ illa po^a q̃ reſeruat ſpẽs: verũ etiã alie po^e apphenſiue cõiũcte cũ ipſa memoratiua. Dr̃ tñ approp̃ate attribui act^9 recordãdi reſeruatiue: pptcrea q2 p ſpẽʒ reſeruataʒ in ipſa fit imutatio cogitatiue aut extimatiue. Et qd dixi de actu recordãdi: dico ẽt de actu imaginãdi: dicẽdo q̄ imaginatiua non tãtum eſt potentia q̃ reſeruat ſpẽs: verum etiã aliqua apprehenſiua ſibi coniuncta q̃ imutat a ſpecie aliqua reſeruata in ipſa imaginatiua ⁊c̃.

¶ Experientia quidem ſingulariuʒ eſt cognitio. Textu prologi. Qõ. VI.

Utrum natura obiecti ſẽſibilis ſit obm̃ pmũ ⁊ formale ſẽſus. Et arguit p pte negatiua. Preſupponendo: q̄ q̃ncũq; ẽ aliqd vnũ pmuʒ obm̃ alicuius potẽtie: põt illud attingi p ſe a tali potẽtia. Iſto ſtãte ar̃ ſic. Quicũq; aliq̃ potentia hʒ aliqd vnũ pmũ obm̃: pt illd cognoſcere. Sʒ ita ẽ q̄ potentia ſenſitiua hʒ nãm obiecti ſenſibilis p pmo obiecto formali: g̃ poterit cognoſcere tale obm̃: ⁊ vlteri^9 cũ cognoſcat h ſingulare: poterit cognoſcere dr̃iaʒ iter ſingulare ⁊ nãʒ cõeʒ obiecti ſenſibilis: ſʒ cognoſcẽs extrema alic^9 dr̃ie: poterit cognoſcere ipaʒ dr̃iaʒ: q̃ depẽdet ab extremis: g̃ ſẽſus particularis exterior cognoſcit taleʒ dr̃iã: ſʒ hoc ẽ falſuʒ: g̃ illud ex quo ſeqtur. ¶ Et cõfirmat: q2 cũ differẽtia iſta iter nãʒ cõeʒ ⁊ ipʒ ſingulare: nõ poſſit eſſe niſi dr̃ia rõnis: ſeqtur q̄ ſẽſus exterior percipiet differẽtiã rõnis: ⁊ ita cognoſcet relationẽ ſeu reſpcũʒ rõnis. Et q̄ ſeq̃tur arguit. q2 differẽtia q̃ ẽ iter albedinẽ: exẽpli gratia: ⁊ hãc albedinẽ: aut ẽ ſub̃alis: aut accñtalis. Nõ ſubſtãtialis: q2 albedo nõ differt ab hac albedie eẽntialr. vt pʒ. Neq; etiaʒ iſta differentia ẽ accñtalis realis: q2 ſi ẽ accñtalis real:

aut eſt ꝑ accñs ꝓpriũ: aut ꝑ accñs cõe. Nõ ꝑ accidens ꝓpriũ: q2 tale ↄpetit ꝑ ſe vtriqȝ: ſupiori: ⁊ inferiori: ḡ ꝑ tale accñs nõ diſtiguunẽ. Nõ ꝑ accñs cõe: q2 tale accñs ṗmo cõpetit iferiori ⁊ ſcḋario ſupiori: ḡ dr̃ia nõ p̃t ſumi penes tale accñs. Si ḡ erit aliq̃ dr̃ia: erit pcciſe ſm accidẽs rõnis: ergo ſenſus ꝑcipiet talẽ differẽtiã ſumptaȝ ab accñte rõnis. Sed oĩs talis dr̃ia q̃ accipiẽ ab accidẽte rõnis: eſt ens rõnis: ḡ iſta dr̃ia rõnis ꝑcipieẽ a ſenſu. ¶ Scḋo ṗncipaliter argr̃. Data veritate iſti' ꝙ nã obiecti ſenſibilis ſit obm̃ ſenſus: ſeqtur ꝙ ſenſus erit po" abſtractiua: ↄñs eſt falſuȝ. ḡ ⁊ añs. ↄña ꝓbaẽ. q2 qñcũqȝ potentia apꝑhẽdit aliqḋ vnũ obm̃ realr̃ ↄiũctũ cũ altero. ⁊ apꝑhendit illud ſine illo: po" cognoſcẽs abſtrabit vnũ a reliquo. ſed ita eſt: ꝙ nã obiecti ſenſibilis ẽ realr̃ ↄiuncta cũ ſingulari: ⁊ ipſa ꝑcipiẽ a ſẽſu ſub ꝓpria rõne: ⁊ nõ ſub rõne ſingularitatis: ḡ talis po" ĩ cognoſcẽdo: abſtrabit nãȝ a ſingulari. Et ↄfirmaẽ. q2 ſcḋo phi. Mathematicus abſtrabit q̃titatẽ a mã ſenſibili: q2 ↄſiderat taleȝ quãtitatẽ ſine ipſa mã: cui ↄiũgiẽ realr̃. ¶ Tertio argr̃ data iſta poſitiõe: ſeqtur ꝙ ſpẽs ſenſibilis in ſenſu eodẽ mõ repñtabit obm̃ ſenſui: ſicut ſpẽs itelligibilis ĩ itellectu. Cõſequẽtia ḋclaraẽ. Naȝ ſpẽs ſenſibilis ĩ ſenſu repreſentat ipaȝ nãm ſub rõne nãe: ⁊ hoc idẽ repñtat ſpecies itelligibilis in itellectu. ḡ habeẽ ꝓpoſitũ. ¶ Qȝ ſi tu dicas: ꝙ ſpẽs itelligibilis repñtat nãȝ vt eſt ĩ multis. ⁊ vt ḋ multis. Cõtra: eẽ ḋ multi ẽ relatio rõnis ḋpẽdens ab itellectu poſi. ſȝ ſpẽs itelligibilis ꝑcedit oẽȝ actũ itelligẽdi: ḡ nõ p̃t repñtare nãȝ vt eſt ĩ multis: ⁊ de multis.

Ad oppoſitum tamẽ argr̃. Illud eſt obm̃ formale po" ſenſitiue: qḋ ẽ ratio mouẽdi ⁊ terminãdi actũ po" ſenſitiue. Iſta ꝓpõ pȝ qm̃ obiectuȝ formale ſe hȝ ad mãle ſicut quo ad qḋ: ⁊ obiectum formale eſt id ꝑ qḋ obm̃ materiale mouet potentiã aut terminat actum eius. ſed ita eſt ꝙ obm̃ ſenſibile non mouet neqȝ terminat ipſaȝ potẽtiã ſenſitiuã niſi ſub rõne nãe: qḋ probaẽ: q2 ſicut in actione reali rõ mouendi ⁊ terminãdi eſt ipſa nã vt ↄcediẽ ab oĩb': ita ẽt in actione intẽtionali. ergo in actiõe ſenſus nã obiecti ſẽſibilis erit rõ mouendi ⁊ terminãdi actũ ſenſus. Et cõfirmaẽ. illud eſt rõ terminãdi ⁊ mouẽdi potentiã ſenſitiuã: ſub qua aliqd cognoſciẽ ⁊ attingiẽ a po". ſed ita eſt: ꝙ obm̃ ſenſibile attigiẽ ⁊ cognoſciẽ ſub rõne nãe: ⁊ non ſub rõne ſingularis (vt in q̃one de vnitate nature ḋclarabiẽ: ⁊ amplı' in. 7. metaphy. deo dãte) ergo rõ nãe: eſt ratio mouendi ⁊ terminãdi: ⁊ ex conſequenti ſequitur ipſam eſſe obiectum formale ſenſus.

In iſta q̃one ṗmo ꝑmitteẽ aliq̃ notãda. Scḋo reſpõdebiẽ ad arg" ante oppoſitum.

Pro determinatiõe igr̃ q̃onis ꝑmittunẽ q̃tuor. p": ꝙ ſẽſus nõ ꝑcipit nãm ſine ſinglaritate: ſȝ neceſſario illã apꝑhẽdit in ſingulari: licet ipſa nã ſit rõ apꝑhẽdendi ⁊ cognoſcendi. Unde ſicut in actione reali nã eſt rõ agendi. ſingularitas ãt eſt ↄditio neceſſaria ↄcomitãs talẽ rõnem agẽdi. Et ſilr̃ ſicut nã eſt rõ terminãdi ĩ tali actione reali: ⁊ ſingularitas ↄditio neceſſario annexa tali nãe: vt eſt rõ terminãdi huiuſcemodi actionẽ: ita dicim' pariformiter ĩ actiõe ĩtentiõali obiecti ſenſibilis ĩ ſẽſu. ¶ Aduertendũ ſcḋo. ꝙ differũt itellectus ⁊ ſenſus in apꝑhendẽdo nãm ⁊ ſingularitatẽ. vterqȝ .n. ↄuenit in hoc: ꝙ neuter tã ſenſus quã itellect' apꝑhendit ſingularitatẽ diſtinctã a nã. Neqȝ diſtictã ↄtra aliaȝ ſingularitatẽ. Intellectus tñ differt a ſenſu ĩ hoc: q2 nãm ipſaȝ ſeorſum a ſingularitate percipit ⁊ cognoſcit: qḋ nõ facit ſenſus. Et rõ iſtius dr̃ie ẽ ex ꝑte ĩtellect': q2 ſpẽs itelligibilis iprimitur. nõ tñ ab obiecto in fantaſmate qḋ eſt ſingulare: vex ẽt ab itellectu agẽte: q eſt virtus abſtracta ſm eſſe a mã: ⁊ ẽt ſm opatiõnẽ. q2 ei' eſt abſtrahere q̃ditateȝ a ↄditiõib' ĩdiuiduãtib': dicente ↄmen. 3. de aĩa cõmen. 18. Si q̃ditates eſſent abſtracte vt poſuit Pla. nõ indigeremus itellectu agẽte. q2 igr̃ ſpẽs itelligibilis gigniẽ virtute intellect' agẽtis (cui' eſt abſtrahere tales q̃ditates) repñtat ipſa ſpẽs nãȝ abſtractam a ſingularitate: ⁊ ſta itellectus poſſibilis poteſt apꝑhẽdere ⁊ cognoſcere ipaȝ nãm ſine ſingularitate: ſpẽs vo ſenſibilis (q2 totalr̃ cãtur ab obto ſenſibili ſingulari: ſicut a cã totali ⁊ adequata) hȝ repñtare nãȝ ipſam: nõ ſolũ ſub rõne nãe: vex etiã ſub rõne ſingularitatis: q2 ad ipaȝ cãndaȝ nõ ↄcurrit aliq̃ virt' abſtractiua. ¶ Eſt tertio aduertẽdũ: ꝙ lȝ ſingularitas nõ ſit rõ apꝑhẽdendi ⁊ cognoſcẽdi ĩ actione ſenſus: cõcediẽ tñ eſſe obm̃ cognituȝ: vel ꝑs obiecti cogniti. Nunq̃ȝ tñ eſt mod' obiecti ſub quo obm̃ cognoſciẽ: ⁊ vt ſic nõ eſt rõ cognoſcẽdi. ¶ Ultimo notãdũ ẽ: ꝙ cũ potẽtia cognoſcitiua hẽat apꝑhẽdere obm̃ ſuũ ſȝ aliquã vnitatẽ: cũ ſenſus nõ apꝑhẽdat obm̃ ſenſibile ſȝ vnitatẽ ſingularẽ: apꝑhẽdet tale obm̃ ſm vnitatẽ nãe. Ita ꝙ nã ⁊ erit rõ cognoſcendi ⁊ erit rõ cognita. In qua cognitiõe (vt dictũ eſt) neceſſario ↄcurrit ipſa ſingularitas vt ꝑs obiecti cogniti. Qȝ aũt obm̃ ſenſibile ſic cognoſcaẽ ſȝ vnitatẽ nãe: aliqualr̃ dictũ eſt ĩ ꝑcedẽtibus. Nã obm̃ ſub ea rõne cognoſciẽ: ⁊ ſub illa vnitate: ſub q̃ mouet po"" cognoſcitiuã: q2 eadẽ eſt rõ mouendi ⁊ terminãdi: ſed obm̃ ſenſibile mouet ſub rõne nãe: ⁊ nõ ſub rõne ſingularis. ergo ⁊c. Probaẽ hȝ ẽt eſſe de mẽte Ari. in. 2. de aĩa: tex. ↄmẽ. 63. vbi vult ꝙ ſenſus ꝑticularis nõ decipiẽ circa ſuũ ꝓpriũ ſenſibile: ⁊ hȝ ꝙ viſus nõ decipiẽ circa colorẽ: qm̃ color. Neqȝ auditus circa ſonũ: qm̃ ſonus: ſed circa qd eſt coloratũ: aut vbi eſt coloratuȝ. ex quo vult hr̃e ꝙ viſus apꝑhẽdẽs colorẽ ſm vnitatẽ nãe non decipiẽ circa tale obiectũ quo ad talẽ vnitatẽ apꝑhenſaȝ: ſed bene quo ad ↄditiones cõcomitantes naturam. Ex quo vult habere: ꝙ natura eſt ratio apꝑhẽdẽdi ⁊ cognoſcendi reſpectu ſenſus.

His poſitis de ſcḋo arti. rñdeẽ ad ṗmũ argu. aſi op" ⁊ ei' ↄfirmationẽ: ꝙ ſenſus apprehẽdit colorẽ: ⁊ hũc colorẽ. ſed ĩdiſtincte: nõ diſtiguendo colorẽ ab hoc colore: q2 nõ diſtiguit nãȝ a ſingularitate. vt dcm̃ ẽ: ⁊ ſic ceſſat oĩs q̃ȯ. ¶ Ad ſcḋȝ arg. reduco argumẽtũ ↄtra ipȝ. Oĩs po" cognoſcens aliqḋ vnũ obm̃ ↄiũctum cũ alio realr̃: vbi tale obiectũ apprehendaẽ ſine illo: potẽtia cognoſcẽs abſtrabit ⁊ cognoſcit abſtracte. Iſta eſt tua. ſed ſenſus q̃cunq̃ȝ ꝑticularis: imo ẽt iterior ſm recte ſentiẽtes ꝑcipit accidẽtia ſenſibilia ↄiuncta realiter ipſi ſubẽ: ⁊ ꝑcipit talia accidẽtia ſine ſubiecto: ergo oĩs ſenſus cognoſcit abſtracte. ↄcluſio ẽ falſa: etiã ſȝ te: ergo aliq̃ premiſſax: nõ mior vt ḋ ſe pȝ: ḡ maior q̃ eſt tua. Ideo rñdeẽ ad formã argumẽti: ꝑmittendo: ꝙ duplex ẽ abſtractio: q̃dã eſt ſpẽi ⁊ ſilitudis ab ipſa re: ⁊ iſta cõpetit itellectui ⁊ nõ ſẽſui. ſenſus .n. nõ abſtrabit ſpẽm ſenſibilẽ ab obiecto ſenſibili q2 ſpẽs ſenſibilis gigniẽ: ſicut a cã totali de obiecto ſenſibili. q̃cq̃d dicãt nõnulli Scotiſte. hȝ eſt de mẽte Doc. ſub. in ṗ ſniax: diſ. 3. q. 6. ⁊ q. 7. Iſta abſtractio ſpẽi ⁊ ſilitudis nõ eſt ab aliquo prius cognito: ſed iſta abſtractio eſt ab ĩcognito: q2 intellect' agẽs abſtrahẽs ſpẽȝ itelligibilẽ a fantaſmate nõ cognoſcit ipȝ fantaſma. Scḋa abſtractio eſt ſȝ operationẽ: ⁊ eſt qñ aliqḋ vnũ icludẽs plures rõnes cognoſcibiles: preciſe ↄcipit ſm vnã illax: illã abſtrahendo ab alia rõne pri' cognita. Et iſta abſtractio ſꝑ ꝓſupponit illud a quo fit abſtractio eẽ prius cognitũ. Applicãdo ad

propoſitū.ſenſus non ꝑcipit nām coloris abſtrahēdo a
ſingulari:ſic ꝙ feraꝛ in colorē poſt cognitionē ſingula-
ris.ſed ſił apphēdit vtrūqꝫ.ſed dato ꝙ apphenderet co-
lorē ſine hoc colore.qđ eſt falſuꝫ.adhuc nō ſeqtur ꝙ ipſe
abſtraheret:niſi addaꝛ ꝙ ꝑcognoſceret ipꝫ ſingulare: ⁊
iſto mō nos dicim⁹ mathematicū abſtrahere q̄titateꝫ a
mā ſenſibili:qꝛ ꝑ itellectū cognoſcit māꝫ ſenſibilem:a q̄
poſtmodū pſcindit ipſaꝫ q̄titatē ꝑ itellectū: ꝯſiderādo
q̄titatē ſine ipſa mā ſenſibili.Et ꝑ h̄ pꝫ ad cōfirmatio-
neꝫ.¶ Ad vltimū argu.negatur ꝯñtia:ꝙ ſpecies ſenſi-
bilis ⁊ itelligibilis eodē mō repītet.ſpēs.n. intelligibi-
lis repītat nām ſine ſingularitate:eo ꝙ gignit̄ median-
te virtute abſtractiua:q̄ ē itellꝰ agēs:⁊ ita ſpēs intelligi-
bilis ⁊ in eſſendo ⁊ i repītādo eſt abſtractior q̄ ſit ſpēs
ſenſibilis in repītādo:qꝛ repītat oīm magis abſtracte
in eēndo:qꝛ recipit̄ i ſubto imāli ⁊ iextēſo.ſpēs vō ſenſi-
bilis eſt mālis repītādo:qꝛ repreſentat ſingulare mate-
riale:⁊ eſt mālis in eſſendo:qꝛ recipit̄ in ſubiecto mate-
riali ⁊ extenſo.quare inſtantia nlła.¶ Et per hec ſit ſuf-
ficienter dictum quantum ad iſtam queſtionem.

¶ Cum his ſingulorꝫ cognitiones maxime ſint proprie ſenſibus. Tex. ꝓlogi. Q̄ō. VII.

V Lterius mouet̄ alia difficultas,
Utrꝫ ſingularitas ſit cā
ſine qua nō.in actiōe ſenſus reſpcū natu-
re mouētis ipꝫ ſenſuꝫ.¶ Et argr̄ pmo ꝙ
nō:qꝛ data veritate iſtiꝰ:ſeqret̄:ꝙ ſingu-
lare non hr̄et ꝓpriā ſpēꝫ in ſenſu.ꝯñs eſt
falſuꝫ:⁊ ꝯñā ꝓbaꝛ.ſic ſe hꝫ ſingularitas ad nāꝫ ſenſibilē:
quēadmodū q̄titas ad colorē.quantitas.n.eſt cā ſine q̄
non.reſpcū coloris i actiōe i ſenſuꝫ:ſꝫ q̄titas nō cāt pro-
priaꝫ ſpēꝫ in ſenſu:ğ neqꝫ ēt ſingularitas.¶ Itē ſcdo ar-
guit̄.Et eſt ꝯfirmatio ꝑoris argumēti.ſi ſingularitas nō
hꝫ ꝓpriā ſpēm i ſenſu:ğ ſpēs ſenſibilis repītabit ipſam
nāꝫ vlem.quo dato ſeqtur ꝙ ſenſus cognoſcet nāꝫ vleꝫ.
ꝯñs ē fłm.Nā ſi cognitio ſenſus ē nāe vlis:q̄to aliq̄ poᵃ
ſenſitiua erit cōior:tāto hēbit obm cōius:quo dato ſeq̄t
(cū cogitatiua ꝑcipiat oēs itētiōes.io.ꝑdicamētoꝝ ſm
Cōmētatorē) ꝙ cogitatiua ꝑcipiet aliq̄ nāꝫ cōem oibꝰ
ꝑdicamētis:ſꝫ talis nā ē trāſcēdens:ğ cogitatiua cogno-
ſcet nāꝫ trāſcēdētē.ꝯñs ē fłꝫ:igr̄ ⁊ añs.¶ Et ꝯfirmaꝛ:qꝛ
ſi poᵃ ſenſitiua cognoſcit nāꝫ.ſeq̄t ꝙ ifinite ſpēs alicuiꝰ
vlis poterūt eē i poᵃ ſenſitiua.Nā ſpēs ꝑ te cāta a ſingu-
lari ſenſibili repītat nāꝫ vleꝫ:ſꝫ nō ē maior rō ꝙ vnum
ſingulare ſenſibile cauſet vnā ſpēꝫ vlis q̄ aliđ.ğ qđlibꝫ
ſingulare ſenſibile cābit aliā ſpēꝫ vlis.Et ita quot erūt
ſingularia ſenſibilia apphēſa a ſenſu:tot erūt ſpēs vliuꝫ
in ſenſu.¶ Itē tertio argr̄ ꝓbādo:ꝙ ſenſus nō hꝫ ſpēm
tm̄ repītatiuā vlis:qm̄ dato oppoſito:ſeqret̄ ꝙ poᵃ ſenſi-
tiua ꝑ talē ſpēꝫ cognoſceret nāꝫ vleꝫ ſub rōne vlis.ꝯñs
eſt fłꝫ.⁊ falſitas ꝯñtis ꝓbaꝛ.Nam đ rōne vlis ē ꝙ ſit de
multis ⁊ i oibꝰ ſuis iferioribꝰ.ğ nullū vle pt cognoſci:ni-
ſi cognoſcaꝛ:vt ē i oibꝰ ſuis iferioribꝰ:ſꝫ illa:i qbꝰ nā vlis
ꝯtinet̄:pñt eē ifinita.ğ ſenſus nō poterit cognoſcere nāꝫ
vleꝫ:niſi cognoſceret iſta ifinita.ꝯñs ē fłꝫ:ğ illđ ex quo
ſeqtur.¶ Itē vltio argr̄.ſi cognoſceret ſenſus iſtā nām
vleꝫ:q̄ro q̄uo cognoſcit ipm ſingulare ſenſibile: aut co-
gnoſcit ꝑ eādē ſpēꝫ:aut ꝑ aliā.ſi ꝑ eādē:ğ quot ſūt ſingu-
laria ſenſibilia:tot erūt ſpēs vliuꝫ.ꝯñs ē fłꝫ.igr̄ ⁊ añs: ſi
ꝑ aliā ⁊ aliā:cū magis vle diſtinguaꝛ ex nā rei a minus
vli:quot erūt vlia ſꝫ magꝭ ⁊ minꝰ:tot erūt ſpēs ipſorum
vliuꝫ i ſenſu:⁊ ita multiplicabūt̄ ſpēs vliuꝫ ad multipli-
catiōem ſingularium in ſenſu.

Ad oppoſitū arguit̄.Illud ē cā ſine qua nō:qđ
eſt neceſſario reqſitum ad hoc ꝙ cauſa poſſit attingere
ſuum effectū:ſine q̄ cā ēt nō eſt in poᵃ ꝓpinqua ad ſuum
effectū ꝓducendū.ſꝫ ſingularitas ē hꝰ.qđ ꝓbaꝛ.qꝛ ſic in
actiōe reali ſingularitas eſt ꝯditio i cā nec̄io reqſita ad
cauſandū:ita etiam in actione intentionali.⁊ ergo ſicut
ibi eſt cauſa ſine qua non.ita ⁊ hic.

Pro ſolutione iſtiꝰ difficultatꝭ ꝑmittūt̄ ꝑ duo
nōbilia. 2ᵒ ſoluēt̄ argumēta.
Quantum ad pᵐ arti.ꝑ pmittit̄ ꝙ ſic ē alia rō co
gnoſcēdi:⁊ alia ratio cognita. Ratio
cognoſcendi i actiōe ſenſus (vt dictum eſt) eſt ipſa na-
tura.Rō vero cognita ē totū obm qđ cognoſcitur a ſen-
ſu:⁊ qđlꝫ qđ ē ps obti cogniti:vel q̄ſi ps eēntialr̄ in ipſo
incluſa:Ita alia ē rō repītādi i ſpē ſenſibili repītāte: ⁊
aliud ē obm qđ repītaꝛ.Rō repītādi ē ipſa nā.qđ ade-
quate ⁊ ꝑ repītaꝛ ē totū ſingulare.Rō repītata.vt ps.
eſt ipſa ſinglaritas.Ex q̄ ꝯcludit̄:ꝙ ſpēs ſenſibilis ꝑ re-
pītat ipm ſingulare:ſꝫ ñ niſi ſub rōne nāe. ita ꝙ lꝫ ſin-
gularitas dicaꝛ eē rō repītata idiſtīcte:nūq̄ tn̄ ē modꝰ:
aut rō repītādi:ſꝫ ſolū nā:qđ ꝓbaꝛ:qꝛ ſpēs ſenſibilis re-
preſentat obꝫ ſub ea rōne ſub q̄ ipimit̄.ſꝫ nō iprimitur
ſub rōne ſingularitatꝭ:ſic ꝙ ſinglaritas ſit rō iprimēdi:
vt pnᵐ formale agēdi i ipꝫ ſenſum:ſed ſolū ipſa nā:ğ ſpēs
ſenſibilis repītabit obm ſub rōne nāe.q̄uo āt ſingulari-
tas ñ ſit rō agēdi:neqꝫ i ſenſuꝫ neqꝫ i itellcm:dicet̄ in.q.
35.Utrꝫ ſingulare ſit ꝑ ſe itelligibile a nobis ¶ 2ᵒ nōnᵐ
eſt ꝙ lꝫ nā apphēdaꝛ a ſenſu:nō tn̄ apphēdit̄ ſub ratiōe
vlis i actu:⁊ rō ē:qꝛ nā vt ē vlis in actu:eſt nā i ſe abſtra-
cta ab oi ſuppoſito:⁊ indifferēs ad qđlibꝫ tale. Senſus
aūt non percipit naturam ſic abſtractaꝫ:ſed ſolū in ſin-
gulari:ğ nō ꝑcipit naturaꝫ ſub rōne vlis in actu.

Ex his de ſcđo arti.rñdet̄ ad pᵐ arguᵐ ań oppoſitū:
ꝯcedēdo ꝙ quēadmodū ſe hꝫ q̄titas ad co
lorē:ſic ſe hꝫ ſingularitas ad nāꝫ.⁊ ꝯcedit̄ vlteriꝰ:ꝙ ſic
q̄titas nō iprimit ꝓpriā ſpēꝫ i ſenſuꝫ:ita nec ſinglaritaꝭ:
ꝯcedo tn̄ ꝙ ipꝫ ſingulare ſenſibile hꝫ ꝓpriā ſpēm repī-
tatiuā ipſiꝰ:lꝫ nō ſub rōne ſingularitatꝭ:ſꝫ ſub rōne nāe:
vt dcm̄ ē.Uñ aliđ ē dīc:ꝙ aliqđ ſit illud qđ repītaꝛ.⁊
aliđ ē dicere ꝙ ſit rō repītādi. Ut dcm̄ ē.ſingulare ē il-
lud qđ repītaꝛ. ſed ſingulare vt ſingulare (h̄ ē ſub rōne
ſingularitatꝭ) nō ē rō repītādi:ſic nō ē rō cognoſcendi.
¶ Ad 2ᵐ argu.rñdet̄. ꝙ ſpēs ſenſibilis nō repītat ipſaꝫ
nām ſub rōne vlis in actu:ſꝫ nām in ſingulari:⁊ ita etiā
cognoſcit ipſam.Et ad aliud qđ tu infers:ꝙ ſi ſenſus co-
gnoſcit obm ſenſibile ſub rōne nāe:ꝙ cogitatiua cogno
ſcet nāꝫ trāſcēdētē.ꝯcedo ꝯñs ⁊ ꝯñtiā:iſequēdo opionē
illā q̄ dicta ē.Dico tn̄ ꝙ talis nā trāſcēdēs nō ꝑcipiet̄ a
cogitatiua niſi in aliq̄ ſingulari:⁊ cū aliq̄ ſingularitate:
⁊ ex h̄ nihil mali ſeqtur.¶ Ad aliud qđ erat ſcđa cōfir-
matio.negaꝛ ꝯñs.qꝛ plitas ſpērū ē ex pluralitate repre-
ſentabiliū:ſꝫ cū nā vlis ſit vna:quot q̄t ſpēs repītabunt
ipſaꝫ:repītabūt tāq̄ vnā nāꝫ vleꝫ. Uerūtn̄ ꝯcedo ꝙ q̄-
libet ſpēs ſingularis impſſa ab obto ſenſibili: repītabit
ipſaꝫ nāꝫ:⁊ repītabit vt vnā:nō vt plēs:Loq̄ndo đ vni-
tate ſibi ꝯpetēte.Ex q̄ ſeq̄t:ꝙ oēs ſpēs repītātes natu-
rā vleꝫ:erūt ꝑciſe vna obiue ⁊ repītatiue.licꝫ poſſint eē
plures formalr̄.¶ Ad 3ᵐ ꝑncipale negaꝛ ꝯñs.cognoſce-
re.n.nāꝫ vleꝫ i poᵃ ſufficit cognoſcere ipſaꝫ i h̄ ſingulari
aut i illo.⁊ nō oꝫ cognoſcere ipſaꝫ vt i oibꝰ:imo ēt nec in-
tellectꝰ itelligēs nām vleꝫ i actu đ neceſſitate cognoſcit
oīa illa:i qbꝰ nata ē eē ipſa nā:qꝛ ad h̄ ꝙ cognoſcaꝛ talis
nā ſub rōne talis vlitatis:ſufficit cognoſcere ipſaꝫ ſic ab-
ſtractā a q̄libꝫ ſuppoſito:⁊ idifferēteꝫ ad qđlꝫ ſuppoſitū
indiſtīcte:i q̄ ipſa nata ē repiri.ſꝫ nō oꝫ qđlibꝫ ſuppoſitū:
i quo nata ē eē diſtīcte:ꝯcipi ab itellectu:⁊ ita argumē-

vniuerſali aūt rōne eadem: tum etiam rōne. Quia generans naturale: nō producit aliquid niſi ex aliquo: in quo recipiť actus eius: ſed hoc nō pōt eſſe materia generantis: q2 patiens eſt in oppoſita diſpoſitiōe ad ipſum agēs. Talis oppoſita diſpoſitio nō eſt in materia generantis: q2 nihil eſt in oppoſita diſpoſitiōe reſpectu ſui ipſi⁹. igiť generās agit in aliā mām. ¶ Quarta ꝯcluſio. Materia eſt eadē nūero: ⁊ indiuidualiter in omni trāſmutatione phica ⁊ naturali: reſpectu geniti ⁊ corrupti: ſic ꝙ idē indiuiduū in actu exiſtētie: vel ſubſiſtentie qȯ prefuit ſub forma corrumpēda eſt poſtmoduʒ ſub forma generāda. Iſta ꝯcluſio pʒ ꝑ Ariſto. ṗmo phycoꝝ: ⁊ ex Auerroy ibidem. cōmen. 63. vbi hʒ. Cuʒ conſiderauerit illud qȯ defert vtrāqʒ tranſmutationē inuenitur ipm idem numero ⁊ eſt corpus demonſtratuʒ ⁊c̄. Et inferius. Eſt igitur vnū ſubiectū numero nō habēs diſpoſitionē ſubſtantialem: ſed habēs nām recipiendi iſtas diſpoſitiōes ſubſtātiales ⁊ eſt in potētia ens oēs diſpoſitiōes ſubſtātiales ⁊ accidētales: ⁊ hec diciť ṗma materia: ⁊ ṗmū hyle. ¶ Ex iſta cōcluſione ſequiť vnū correlariū. vʒ. ꝙ quantūcūqʒ fiat diſpſio ⁊ diuiſio materie in trāſmutatiōe: ſemꝑ tñ remanet idem indiuiduū vel ſm exiſtentiā vel ſubſiſtētiam. Probať hoc correlariū. omne homogeneū diuiſibile in partes eiuſdē rōnis cōtinet in ſe plures ſingularitates ſeu hecheitates in actu exiſtētie: ſʒ materia ſic eſt homogenea ⁊ diuiſibilis in partes eiuſdē rōnis. igiť ⁊c̄. ꝓbať maior. Omne totū ꝯtinens in ſe actualiter plures partes realiter diſtinctas: quarū ǭlibet pōt ſeorſum exiſtere ab alia cōtinet ṗncipia diſtinctiua illarū partium. Talia ṗncipia ſūt ipſe ſingularitates: vt de ſe pʒ. igiť ⁊c̄. ¶ Quinta ꝯcluſio. Materia eſt ſingularis alia ſingularitate a ſingularitate compoſiti: ⁊ conſtituti per ipſam. Iſta concluſio ꝓbať. Quocūqʒ aliquid eſt in actu extra cauſam ⁊ intellectuʒ eodē eſt hoc ⁊ ſingulare ṗmo: q2 ſic eſſe extra cauſaʒ ⁊ intellectū nō competit niſi ſingulari: imo vle ſiue nō ſingulare non pōt competere alicui: niſi in intellectu ſit obiectiue. Sed ita eſt ꝙ materia cuʒ ſit realiter diuerſa a forma vt nūc preſuppono ⁊ multomagis a compoſito eſt aliquid in actu ꝑter formā ⁊ compoſitū extra ſuā cauſam ⁊ intellectū: ⁊ hoc ſeipſa ṗmo. ergo materia eſt hec ⁊ ſingularis ſeipſa ṗmo: ⁊ nō ſingularitate forme aut cōpoſiti: maior eſt manifeſta: q2 quicquid eſt extra itellectū. vt dcm̄ eſt: eſt ſingulare. minor aūt ꝓbatur. Q2 omnis entitas ꝑcipue abſoluta ſeipſa ṗmo eſt in ſuo eſſe: q2 ſeipſa ṗmo recedit a nō eſſe ad eſſe. Nam licet multa ꝯcurrant ad ſuū eſſe: queādmodū materia ad eſſe forme: ⁊ forma ad eſſe materie: tamē nullū cōcurrēs eſt ṗma ratio eſſendi ſibi in ſuo eſſe. Igiť ſeipſa ṗmo eſt hec ⁊ ſingularis: mā ṗma eſt entitas abſoluta. igiť habebit ꝓpriam ſingularitatē diſtinctā a ſingularitate cōpoſiti. ¶ Et ꝯfirmať: q2 ſicut mā habet entitatē eēntialiter diſtinctā ab entitate cōpoſiti extra intellectū ⁊ ſuaʒ cauſam: ita hʒ vnitatē cōſequentē ſuaʒ entitatē iſto modo. Sʒ talis vnitas nō eſt niſi vnitas ſingularis. igiť ⁊c̄. Hoc eſt qȯ hʒ Ariſto. 12. metaph. textu cōmen. 27. vt ſic allegatuʒ eſt: vbi vult: q2 tam cauſa mālis ꝗ̄ formalis ⁊ efficiēs habent vnitateʒ ⁊ diſtinctionē ſpecificā ⁊ numeralem ꝓportionatā ipſis principiatis: per illud qȯ dicit. ſingulariū aliud tua materia ⁊ motus ⁊ mouens: ⁊ ſpēs numero: ratiōe aūt vniuerſali eadē. Utrūqʒ. n. per ſe ṗncipiū compoſiti: opʒ habere indifferentiā cōſimileʒ indifferētie compoſiti: ⁊ determinationē ſimilē determinatiōi compoſiti: q2 neqʒ indifferēs conſtat ex determinatis: neqʒ determinatū ex indifferentibus indifferētia vniuerſalitatis. ¶ P. ⁊ ſecūdo ṗncipaliter ad hanc concluſionem arguiť. Quecūqʒ ſunt ṗora ſm nām: videtur etiā eſſe ṗora duratiōe ad hunc ſenſum: ꝙ eis non repugnat eſſe ſine poſteriori: q2 hoc poſito: intellectus intelligens ṗus eſſe ſine poſteriori: nō includet ꝯtradictōeʒ. hec videť eſſe ſnia Ariſto. 5° metaph. caplo de ṗore: vbi Ariſto. cōmendat Platonē diffinienteʒ ṗus ſm naturā dicens: ṗora ſm ſubſtantiam ⁊ naturā ſunt: quecūqʒ contingūt eſſe ſine alijs: ⁊ alia nō ſine ipſis: ſed ita eſt ꝙ materia ſaltē via originis ⁊ generationis eſt ṗor natura forma ⁊ cōpoſito. Igiť materia in iſto ṗori habebit ꝓpriuʒ eſſe extra intellectū. ⁊ cōſequenter erit hec ⁊ ſingularis nō ab aliquo extrinſeco ſue entitatis. ¶ Item ⁊ 3°. arguitur. Nulla cōditio que requiriť in cauſa ad actū cauſandi: hʒ eſſe ab ipſo cauſato. q2 tūc cauſa in cauſando depēderet a cauſato: ⁊ inquātū ſufficiens ad cauſandum eſſet cauſata a cauſato: ⁊ eſſet illud cauſatuʒ ſuiipſius cauſa: ⁊ ꝓ tanto poſſet dare cauſe cauſationē ſuiipſius: ſed ſingularitas materie eſt neceſſaria cōditio ad cauſandū ipm compoſitū: q2 cauſatum ſingulare requirit cauſaʒ ſingularem. ergo impoſſibile eſt ſingularitateʒ materie eſſe a ſingularitate cōpoſiti: vel alterius extrinſeci a materia. ¶ Preterea ſingularitas materie que eſt extra intellectum videť eſſe eadem realiter materie: ſicut ⁊ vnitas eius ſingularis. ¶ Ex hoc arguiť ſic. Impoſſibile eſt aliquid dependēs a poſteriori naturaliter eſſe idē ṗori realiter: quia tunc eſſet ṗus ⁊ non ṗus: materia eſt ṗor naturaliter ipſo compoſito ṗoritate originis. vt dcm̄ eſt. Igitur nihil cauſatuʒ per ipm compoſitū ſiue qualitercūqʒ preexigēs naturā compoſiti: poteſt eē idē materie. Maior probatur. Ubi eſt vera ⁊ realis idētitas: lʒ nō ſit formalis: ibi impoſſibile eſt hoc eſſe: ⁊ illud non eſſe. Quia tunc idem realiter eſſet: ⁊ nō eſſet. Sed poſſibile eſt ṗus naturaliter eē ſine poſteriori nāliter. igiť multo magis abſqʒ eo ꝙ derelictū eſt vel cauſatū a poſteriori naturaliter: ⁊ ita poterit eē materia hec ⁊ ſingularis ſine ſingularitate compoſiti. ¶ Ultima ꝯclo. Materia nō eſt de ſe hec ⁊ ſingularis. Probať iſta ꝯclo. Nulla natura potētialis ⁊ perfectibilis per aliquē actum eſt de ſe hec ⁊ ſingularis: ſed materia ſic eſt potētialis ⁊ perfectibilis per diuerſos actus. igiť nō eſt de ſe hec. Maior ꝓbať: q2 natura de ſe hec eſt actualiſſima: nullo modo determiabilis per diuerſos actus. igiť ſi ſit determinabilis: nō eſt de ſe hec. ꝯñtia ꝓbať: q2 non pōt talis natura perfici per formas realiter diuerſas a tali natura: ſiue per diuerſas realitates actuales: que aliquo modo ipſam perficiāt vt actus ipſius: quemadmodū ſunt nature intelligentiarū que ſunt neceſſarie ſimpliciter: ⁊ act⁹ puri. vt teſtať Cōmētator. 12. metaph. cōmen. 30. ⁊ alibi frequēter. minor eſt manifeſta. igiť ⁊c̄. Cōfirmať iſta cōcluſio. nam illud nō eſt de ſe ſingulare qȯ de ſe eſt plurib⁹ cōmunicabile cum ſui diuiſione. materia eſt hō. ꝗ ⁊c̄. Maior ꝓbať: q2 qȯ eſt cōicabile ſic ꝙ plurificať in illis non eſt de ſe hoc ⁊ ſingulare: ſed diuidiť ⁊ numerať per actus diuidentes ipſum: ⁊ ſic eſt ſingulare denoīatiue ⁊ q̄ſi ꝑ accńs.

Ex his reſpōdetur ad argumenta adducta in ṗncipio. ¶ Ad ṗmū pʒ ex dictis in corpore. q. ¶ Ad 2^m concediť ꝙ materia eſt vnum indiuiduū quātum ad actuʒ ſubſiſtentie ⁊ ſeparationis ab alijs materijs. Eſt tamē plura indiuidua in potētia ſeu in actu exiſtentie. ¶ Ad 3^m reſpondeť: ꝙ materia vt natura non magis determinat ſibi vnaʒ ſingularitatem ꝗ̄ aliam: ſed ſoluʒ determinat ſibi ſingularitatem vbi eſt ſub aliqua forma determinata: quia plures partes ⁊ portiōes materie requiruntur ad ſubſiſtentiam ſub vna forma ꝗ̄ ad ſubſiſtentiā alterius. Et cum

tu infers. ergo nõ eſſet vna numero omniũ generabiliũ ꝛ corruptibilium. Reſpondeť negando ꝯſequentiã. Eſt eniꝫ vna numero omniũ generabilium ꝑuatiue. vt dcm̃ eſt in corpore queſtionis. Poſitiue aũt adhuc poſſꝫ eſſe vna numero ſucceſſiue. vt dcm̃ eſt. ꝙ ſi tu diceres. Plures portiones ꝛ partes materie requirunť ad vnam formam ꝗ̃ ad aliã. ergo nõ poſſet ſic eſſe vna ꝛ eadeꝫ reſpectu omniũ. Dicitur ꝙ lꝫ nõ poſſit eſſe vna ꝛ eadeꝫ reſpectu omniũ quantũ ad actum totalẽ ſubſiſtentie: eſſet tamen eadẽ quantũ ad aliquẽ actum exiſtẽtie. ❡ Ad 4m reſpondeť negando: ꝙ materia eẽt per ſe in genere tãꝗ̃ ſpecies. Qꝛ omne qḋ reponitur in genere iſto modo icludit genus ꝛ differentiã eẽntialẽ quiditatiue: mã nullũ genus includit: neqꝫ aliquã differentiã iſto modo. Quia eſt pars eẽntialis: ꝛ ꝑncipium in genere ꝑmo diuerſa ab omni genere: ꝛ ſimilr a differẽtia eſſentiali. Igiť ſibi repugnat ratio ſpẽi. Aſſumptũ ꝓbať: qꝛ capiẽdo materiaꝫ ꝑmaꝫ: pro potẽtia pura ꝛ realitate potentiali vltima ad formam eſt ſimpliciter ſimplex: nihil includẽs quiditatiue: qꝛ actꝰ ꝛ potẽtia ſunt ꝑmo diuerſa: ſic ꝙ nihil vnius eſt aliquid alterius: ꝛ ita materia nõ includit actum eẽntialem generis: aut differẽtie quiditatiue in ꝑdicamẽto ſubſtãtie. igiť ꝛc. ❡ Ad id qḋ addiť: ꝙ ſimpliciter ſimplicia in aliquo cõuenirent ꝛc. ❡ Ad hoc reſpondeť: ꝙ quot modis diciť compoſituꝫ: tot modis diciť ſimplex. Compoſitũ eſt duplex. Quoddã eſt compoſitũ compoſitione eẽntiali: quoddã eſt compoſitũ ex actu ꝛ potentia: qualitercũqꝫ ſe habeant actus ꝛ potẽtia: ſiue ſe habeant ſicut res ꝛ res: ſiue vt realitas ꝛ realitas. Prima compoſitio appellať cõpoſitio phyca ꝛ realis. 2a metaph. Loquendo de compoſitione phyca ꝛ reali: iſta eſt ex partibus eẽntialiter ꝛ realr diſtinctis: quẽadmodũ eſt cõpoſitio hoĩs. is ex materia ꝛ forma: ſeu ex anima ꝛ corpore. ſecunda aũt eſt ex aliq̃ realitate determinabili ꝛ contrahibili per aliam realitatẽ determinantẽ. Quarum illa que eſt determinabilis ſe habet vt potentia reſpectu determinantis. Et illa que eſt determinans ſe habet vt actus: ꝛ hoc ſiue iſte due realitates ſe habeant vt diſtincte res: ſiue ſe habeant vt diſtincte formalitates ſolum: quarũ vna nõ icludit reliquã quiditatiue: ꝛ in ꝑmo modo. Iſtis duabus cõpoſitionibus correſpondẽt due ſimplicitates: quarũ vna excludit cõpoſitioneꝫ ex partibus eẽntialiter diſtinctis: alia excludit cõpoſitioneꝫ ex actu ꝛ potentia. Prima compoſitio nõ requiriť ad hoc ꝙ aliquid ſit per ſe ꝛ directe in genere: qꝛ accidentia vt albedo: ſunt in genere iſto modo: ꝛ tamẽ nõ ſunt cõpoſita hᷓ compoſitiõe. vt habet videri. 8. metaph. textu cõmẽ. 12. Secũda compoſitio bene requiriť ad hoc: ꝙ aliquid ſit directe: ꝛ per ſe in genere. ❡ Ulterius eſt aduertenduꝫ: ꝙ tale ſimplex qḋ excludit compoſitionẽ ex partibꝰ eẽntialiter diſtinctis: quoddã eſt ſimpliciter ſimplex: qḋdã vero non ſimpliciter ſimplex: ſed abſolute ſimplex: ſimpliciter ſimplex voco qḋ nõ reſolUiť in plures cõceptus ſeorſum cõceptibiles: quoꝝ vnus ſit determinabilis: et alius determinãs: qui cõceptus includanť quiditatiue in eo qḋ reſoluiť: ſed ſimplex abſolute eſt ille qui nõ reſoluiť in plures partes eẽntialiter diuerſas. Licet reſoluatur in actũ ꝛ potentiã: ſeu in conceptũ determinabilẽ ꝛ determinantẽ: quoꝝ quilibet põt terminare actuꝫ intelligẽdi ſeorſum ſine alio. ❡ Tertio eſt aduertẽduꝫ: ꝙ ſimpliciter ſimplex eſt ꝑmo diuerſum ab omni alio conceptu: ꝛ nihil includit quiditatiue. vt in. 5. metaph. capi. de eodẽ: vel diuerſo. ꝛ 10. metaph. textu cõmẽ. 12. Licet includat aliquid identice: aut denominatiue. Simplex aũt qḋ includit actuꝫ ꝛ potentiam: quocũqꝫ modo includat: continet in ſe aliquod predicatum: qḋ ꝑdicať quiditatiue de ipõ. Et dato ꝙ tale eſſet ꝑmo diuerſuꝫ quantum ad quiditatẽ generis ꝛ differẽtie eẽntialis: ita ꝙ nihil per ſe includeret in ꝑmo modo dicendi per ſe: quod eẽt per ſe in genere ꝛ directe: tamẽ ei nõ repugnat vt cõtineat aliquid quiditatiue: qḋ eſt trãſcẽdens.

Ex his reſpõdeť ad argumẽtum. Qꝛ lꝫ materia prima accepta in ſe: ꝛ vt eſt pura potentia: nihil actualitatis includat: neqꝫ phyſice: neqꝫ metaphyce: tamẽ hec materia prima ſignata ſeclusa omni forma ſubſtãtiali ꝛ accidẽtali: non eſt ſimpliciter ſimplex: ſed includit materiaꝫ in cõmuni quiditatiue: ꝛ põt reſolui in conceptuꝫ materie in cõmuni acceptẽ: ꝛ in hecheitatẽ ſibi aduenientẽ: ꝛ ita quantũcũqꝫ ſit ſimpliciter ſimplex quãtũ ad quiditatẽ genericã ꝛ ſpecificam: ꝛ etiã quantũ ad differentiã eſſentialẽ: nõ tamẽ eſt ſimpliciter ſimplex quantum ad omnẽ quiditatem trãſcendentẽ ſeu predicamẽtalem: dũmodo talis predicamẽtalis non ſit directe in genere. ❡ Ad quintũ argumentũ reſpondeť: negando ꝙ hec materia ꝑma: ſeu materia ſignata per hecheitatẽ nõ ſit in pura potẽtia reſpectu cuiuſcũqꝫ actus phyci ꝛ naturalis: quia talis materia ſignata nullã formã ſibi materialẽ determinat quẽadmoduꝫ: neqꝫ materia in cõmuni: ſed bene talis materia nõ eſt in pura potẽtia reſpectu actꝰ metaphyci: Qui eſt conceptus obiectiuus realis determinans naturam materie ad eſſe hoc ꝛ ſingulare. ❡ Ad vltimũ quum dicitur: ꝙ ſi materia determinareť per talem ſingularitatem poſſet materia trãſmutari ab vna ſingularitate in aliam. Negať conſequẽtia. Uerũ eſt ꝙ quodcũqꝫ eſt indifferens ad aliquas realitates realiter ꝛ formaliter diuerſas: quãtuꝫ eſt ex ſe: poteſt tranſmutari ab vna in reliquã: modo differẽtie indiuiduales ſunt eedẽ realiter: lꝫ non formaliter materie prime. ❡ Et ſi dicas materia prima manet ſingularitate corrupta. ergo ſunt diſtincte realiter materia ꝛ ſingularitas. ❡ Reſpondetur: ꝙ lꝫ natura mãe maneat in ſe ſingularitate corrupta: non tamẽ eẽ ſingulare mãe ꝛ ſignatũ manet corrupta ſinglaritate. modo ſingularitas nõ eſt eadẽ realiter materie ſm̃ eſſentiã eius ꝛ quiditatẽ: ſed ſm̃ eſſe ſingulare: qḋ habet in hoc indiuiduo materia: qḋ indiuiduũ non manet corrupta ſingularitate ꝛ rõne: que erat ꝑncipiũ indiuiduãdi materiã: neqꝫ hoc repugnat ei qḋ diciť in ꝑmo phyſicoꝝ. Qꝛ materia eſt ingenerabilis ꝛ incorruptibilis: qꝛ hoc intelligitur de materia vt eſt eẽntia ꝛ natura extra intellectũ ꝛ potentiam ſue cauſe: ſed non de materia vt hec ꝛ ſingularis.

❡ Horum aũt non eſt diffinitio: ſed cum intelligentia aut ſenſu cognoſcitur. Textu commenti. XXXV. Queſtio. VII.

VTrum. Singulare per ſe ꝛ directe intelligatur ab intellectu.

❡ Et arguiť ꝑmo ꝙ nõ: qḋqdeſt: eſt ꝑ ſe ꝛ ꝑmũ obiectũ intellectus: ſingulare non hꝫ qḋquideſt. Tuꝫ qꝛ eẽt diffinibile: Tũ qꝛ ſingulare inquantũ ſingulare dicit aliquid incõicabile: qḋqdeſt aũt eſt cõicabile: vel ſaltẽ ſibi nõ repugnat cõicari. ꝗ ſingulare nõ hꝫ qḋqdeſt: ꝛ ex conſequẽti nõ põt per ſe ꝑmo intelligi. ❡ Itẽ 2o arguiť. Si ſingulare eſſet ꝑmo intelligibile ꝛ directe: aut per eãdeꝫ ſpẽm cum ſpẽ vlis: aut per aliã ꝛ aliã ſpẽm: nõ per eãdẽ: qꝛ nulla vna ſpẽs põt aliquid repñtare ſub rõne idiſtincti ꝛ diſtincti: ſꝫ ſpẽs vniuerſalis repñtat indiſtincte ſpecies ſingularis diſtincte. ꝗ nõ per eandẽ ſpẽm: neqꝫ etiã

per aliã ⁊ aliã: qꝛ ſicut ꝑ vnũ ſingulare cauſaret̃ ſpẽs vniuerſalis: ita ⁊ ꝑ qὸlibet ſingulare cauſaret̃ ſpẽs eiuſdem vl̃is: quo dato: ſequit̃: aut ꝙ iſinite ſpẽs vl̃is eẽnt in itellectu: aut ꝙ eadẽ ſpẽs poſſet intẽdi in infinitũ: ꝯñs eſt falſum. g̊ ⁊ añs: ꝯñtia eſt euidẽs: qꝛ ſpẽs vl̃is gignit̃ a ſpẽ ſingularis. g̊ ſicut gigneret̃ ab vno ſingulari: ſic poſſet gigni a quolibet alio: ſ; cũ talia poſſint ire in infinitũ ſeq̃t̃ ꝓpoſitũ ꝙ talis ſpẽs vl̃is vel poſſit multiplicari in ifinitum vel ſaltem intẽdi in infinitum.

Ad oppoſituʒ tñ arguit̃: quicquid perfectiõis competit potẽtie inferiori: non debet denegari a potẽtia nobiliori: ſed perfectionis eſt in potẽtia ſenſitiua ꝙ cognoſcat ſingulare. g̊ hoc non dʒ denegari a poª intellectiua q̃ eſt nobilior.

In iſta qõne p̓mo ponet̃ ⁊ oppugnabitur opi. ſ. Tho. Scd̓o dicet̃ ad q̃ſtionẽʒ ſm̃ viaʒ ꝓpriã. Tertio mouebunt̃ difficultates ꝯ 2ᵐ articu. ⁊ ſoluent̃. Quarto reſpondebit̃ ad rõnes in p̓ncipio.

Quantum ad p̓muʒ eſt opi. ſ. Tho. in p̓ma ꝑte. q. 86. articu. p̓mo. ꝙ ſingulare nõ põt ꝑ ſe p̓mo intelligi a nobis: ſed ſi itelligit̃: intelligit̃ indirecte: ⁊ ꝑ reflexionẽ ad fantaſmata. p̓. dicti rõ eſt talis. Intellectus nihil itelligit niſi abſtrahẽdo a mã: ⁊ a cõditionibus mãe: ſed mã ⁊ cõditiões mãles ſunt p̓ncipia indiuiduãtia: qὸ aũt abſtrahit̃ a conditiõibus indiuiduantibus eſt vl̃e. g̊ intellectus nihil p̓mo itelligit niſi vniuerſale. Secũdi dicti. ꝙ intellect⁹ intelligit ipm̃ ſingulare reflectẽdo ſe ad fantaſmata: rõ ẽ: qꝛ lʒ ſpẽs vl̃is maneat in itellectu: nũq̃ʒ tñ ꝑ talẽ ſpẽm põt itelligere ipm̃ ſingulare: niſi itellectus hñs talẽ ſpẽm ſibi impreſſam: cõuertat ſe ad fantaſma: ⁊ tũc ex iſta ꝯuerſiõe cognoſcit ſingulare relucẽs in fantaſmate. ¶ Cõtra iſtã opi. iſtat̃ p̓mittẽdo: ꝙ duplex eſt abſtractio. eſt. n. abſtractio ſpẽi itelligibilis a fantaſmate: ⁊ abſtractio vl̃is a ſingularib⁹: abſtractio ſpẽi itelligibilis fit ab itellectu agente: abſtrac° vl̃is a ſingularib⁹ fit ab itellectu poſſibili. ⁊ eſt qñ talis intellectus cõſiderat nãm in ſe: vt indifferẽtẽ ad qὸlibʒ ſuppoſitũ ⁊ ſingulare de quo talis nã eſt p̓dicabilis poª ꝓxima. Vñ nunq̃ʒ aliqὸ obiectũ eſt potẽtia ꝓxima vl̃e niſi ex cõparatiõe intellectus cõparãtis tale obiectũ vt p̓dicabile ad ſuppoſitũ de quo natũ eſt dici ⁊ pedicari. Iſto ſtãte arguit̃ ſic. Abſtractio q̃ fit ꝑ intellcm̃ poſſibilem nõ eſt niſi ab obto cognito: ſed abſtractio vl̃is a ſingularib⁹ fit per intellcm̃ poſſibilẽ. g̊ intellectus poſſibilis p̓us cognoſcit ſinglare a quo abſtrahit vl̃e. alioquin abſtraheret ab incognitis. ¶ Et cõfirmat̃. intellect⁹ cognoſcẽs nãʒ repñtatã per ſpẽm itelligibilẽ itelligit ipaʒ ſub aliqua vnitate: qꝛ. 4. metaph̓. tex. cõmẽ. 10. q vnũ nõ itelligit: nihil itelligit. Iſta vnitas nãe q̃ attingit̃: aut eſt vnitas vl̃is: aut ſingularis: ſ; per te eſt vnitas vl̃is. g̊ cognoſcit̃ ſub rõne vl̃is: ſ; cognito vl̃i cognoſcit̃ ſingulare: (qꝛ ſingulare ⁊ vl̃e ſunt ſimul nãli itelligẽtia) g̊ in quocũq; inſtãti intelligit̃ vl̃e: intelligit̃ etiam ſingulare ⁊c̃. ¶ Secũdo p̓ncipalr̃ arguit̃ ex fundamentis. ſ. Tho. ꝙ iſta opio ꝯdicat fundamẽtiſ ſuis. Tenet. n. ipſe: ꝙ q̄cq̄d eſt in re: ⁊ in effectu: eſt ſingulare. ¶ Ex hoc p̓ſuppoſito arguit̃ ſic. Illud qὸ eſt in re eſt ſingulare. q̄cq̄d p̓mo itelligit̃ eſt in re. g̊ q̄cq̄d p̓mo intelligit̃ eſt ſingulare. maior eſt ipſi⁹: minor aũt ꝓbat̃. Cauſa nã̄ p̓cedit effectuʒ. g̊ qὸ p̓° itelligit̃ p̓cedit actũ intelligẽdi: qꝛ tale obiectũ eſt cã ⁊ mẽſura ipſius actus a q̃ talis actus eẽntialr̃ dependet: ſed mẽſura ⁊ vlterius cã dñr eẽ p̓ora eẽntialr̃. g̊ qὸ p̓mo itelligit̃ eſt p̓us oĩ actu intelligẽdi. ¶ Et ex hoc arguit̃ ſic: qὸ p̓cedit oẽm actũ itelligẽdi eſt in effectu ⁊ in re: ſ; qὸ p̓mo itelligit̃ eſt hꝰ. g̊ erit in effectu ⁊ in re. g̊ erit ſingulare: ⁊ ita hẽtur ꝓpoſitũ. ¶ Itẽ 3° arguit̃ ex fundamẽtis ipſi⁹ in p̓ma ꝑte. q. 84. ar. 7. ⁊. q. 86. arti. p̓mo. dicit. n. ꝙ itellect⁹ noſter ꝯiũctus nihil itelligit niſi ꝑ cõuerſionẽ ad fantaſmata. ¶ Ex hoc arguit̃. Iſte actus conuerſiuus quo intellect⁹ ſe conuertit ad fantaſmata nõ eſt niſi actus cognoſcitiu⁹ quo cognoſcit ſe. actũ ꝓprium. ⁊ obiectũ relucẽs in fantaſmate: ſ; tale obiectũ relucẽs in fantaſmate eſt ſingulare. g̊ in omni ſuo actu itelligẽdi itelligit ſingulare. ¶ Itẽ 4° argr̃. Iſta ꝯuerſio ad fantaſmata ſm̃ opio. Cõcurrẽtis mei nõ eſt niſi actus diſcurſiuus quo itellectus diſcurrit ab actu intelligẽdi ad ſpẽm itelligibilẽ: ⁊ a ſpẽ itelligibili ad ipm̃ fantaſma. ¶ Ex hoc arguit̃. Omnis diſcurſus p̓ſupponit notitiã ſimplicẽ illius ad qὸ diſcurrit̃ (qꝛ ſicut diſcurſus p̓ſupponit cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ: ⁊ ꝯpõ ſeu diuiſio intelligẽtiã ſimplicem: ita diſcurſus p̓ſupponit ſimplicẽ intelligẽtiã:) ſ; ꝑ te itellectus in iſta ꝯuerſione diſcurrit ad fantaſmata. g̊ p̓intelligit ipm̃ fantaſma: aut obiectũ repñtatũ in ipo: ſ; tale obiectũ eſt ſingulare. g̊ ante reflexionẽ ⁊ ꝯuerſionẽ ad fantaſma intelligit ſingulare. ¶ Nec obſtat ꝙ dicatur ꝙ ſingulare p̓cognoſcit̃ ante ipſuʒ diſcurſum. quãtũ ad quid nois: ſ; nõ quãtuʒ ad q̄d rei: qm̃ de hoc nulla eſt difficultas: ſiue. n. cognoſcit̃ vno modo: ſiue alio modo: ſemꝑ habet̃ ꝓpoſitũ ꝙ ſingulare p̓intelligit̃ ante reflexionẽ. ¶ P̓. 5. arguit̃. Si in iſta reflexione intelligit̃ ſingulare: aut itelligit̃ ꝑ ſpẽm itelligibilẽ: aut ꝑ ſpẽm fantaſticã: ſiue ꝑ fantaſma. nõ ꝑ ſpẽm itelligibileʒ: qꝛ iſta ſpẽs itelligibilis ꝑ te tñ repñtat nãm abſtractã ab omni ſingularitate: ⁊ ab omni mã indiuiduali. g̊ tñ ꝑ talẽ ſpeciẽ intellect⁹ intelligit nãm in ſe: ⁊ nõ in ſingulari: nec ꝑ ſpeciem fantaſiabilẽ. Tũ qꝛ iſta tñ mouet fantaſiã. Tuʒ ẽt qꝛ talis ſpẽs eſt improportiõata itellectui poſſibili: cum ſit extẽſa: ⁊ mãlis: ⁊ itellectus iextẽſus ⁊ imãlis. g̊ nullo mõ in iſta reflexiõe ex p̓ncipijs ſuis põt itelligi obm̃ ſingulare. ¶ Itẽ arguit̃ ꝯ põnẽ in ſe. Si ſingulare nõ eſt ꝑ ſe p̓mo itelligibile: aut hoc eſt rõne ſinglaritatis: aut rõne mãe. Non rõne ſingularitatis. vt ẽt ꝯcedit. ſ. Tho. in qõnib⁹ p̓allegatis: qꝛ tũc de⁹ q eſt ſingulariſſimus ⁊ ãgelus nõ poſſent ſeip̄os intelligere. Si rõne ſingularitatis mãlis q̃ eſt ꝑ mãm. Cõtra. mã nõ impedit itelligibilitatem rei: qꝛ ſm̃. ſ. Tho. eſt pars q̄ditatis rei ſpecifice. Sʒ ſpẽs ipſa eſt per ſe intelligibilis ⁊ directe. ergo materia non impedit per ſe intelligibilitatem rei. Et per hoc ꝓbatur ſecũda pars diſiunctiue aſſumpte: ꝙ materia non eſt illud per qὸ ſingulare nõ eſt itelligibile ꝑ ſe. Et ſi tu dicis mã ꝯtracta ad ſingularitatẽ ipedit talẽ itelligibilitateʒ. Quero de illo qὸ addit ſingularitas ſuꝑ mãm in ſe: tale nõ eſt niſi ens: nõ diminuẽs de entitate rei: ſ; qὸ eſt tale nõ diminuit de itelligibilitate: qꝛ vnũqὸq; ſicut ſe hʒ ad entitatẽ: ſic ad itelligibilitatẽ. g̊ iſtud ſuꝑadditũ mãe: nõ impedit itelligibilitatẽ rei: cui⁹ eſt talis mã cõtracta. ¶ Et ꝯfirmat̃. qꝛ tale includẽs mãm ꝯtractã eſt ens vltimatũ ⁊ cõpletũ in actu. Vñ ph̓us in p̓dicamentis. caplo de ſuba. Prima ſuba eſt maxime ſuba: ⁊ maxime in actu: ſ; qὸ eſt ens maxime in actu eſt maxime itelligibile. g̊ ſingulare erit maxime intelligibile de ſe: ⁊ directe: ⁊ ꝑ hoc pʒ falſitas iſtius opi.

Quantum ad 2ᵐ articulũ. Dõm ẽ aliter ad qõnẽ. ꝓ qua. Premittẽtur p̓mo aliq̃ diſtinctiões. Secũdo elicietur ꝯcluſiones reſpõſiue ad qõnem. Prima diſtinctio ſit iſta: ꝙ ſingulare eſt duplex. qὸdaʒ eſt ſingulare ſignatũ. quoddã eſt ſingulare vaguʒ: ſingulare vagũ nihil aliud eſt q̃ʒ nã determinata proprietate indiuiduali vaga ⁊ indeterminata. ſ. hac vel illa indeterminate. ſicut ꝯcipiẽdo nãʒ in aliquo ſuppoſito indeter-

minate accepto. Singulare ſignatū eſt ipſa nā determinata ꝓprietate indiuiduali ſignata ⁊ determinata. ſ. Sorteitate vel Platoneitate. ¶ Scḋa diſtinctio ꝙ ſingulare ſignatū pōt itelligi duob⁹ modis. vno° vt eſt vnū ꝑ ſe: ⁊ ſic nihil aliud ē ꝙ̄ nā cū ꝓprietate indiuiduali: qꝛ iſta duo ſe hñt: ſicut po° ꝑ ſe: ⁊ act⁹ ꝑ ſe: ex ꝗbus duobus reſultat vnitas ꝑ ſe: ex. 8. metaph̄. ſcḋo mō pōt intelligi vt eſt vnū ꝑ accñs: ⁊ tale ē aliqḋ vnū: nō tm̄ icludēs nām ⁊ ſingularitatē: verū ēt multa alia accñtia mālia: ⁊ indiuiduātia: ſicut locus: tp̄s: magnitudo: figura: q̄ dicunt̄ pncipia indiuiduātia a poſteriori ⁊ ꝑ accñs. Proprietas aūt indiuidualis ē pncipiū indiuiduās a ꝑori ⁊ ꝑ ſe. ¶ Ultima diuiſio ē ꝙ aliqd eē itelligibile pōt eē vl' ex nā ſui: vel ꝑ ꝯpationē ad itellcm̄ cognoſcētē. Aliqd. n. eſt de ſe itelligibile: qḋ tñ nō pōt attingi ab itellcū ꝑꝑ aliq̄ ꝓportionē ipſi⁹ ad obiectū. ¶ His ſtātib⁹. ſit iſta p^a ꝯclo. Singulare q̄lʒ mō ſumptū eſt ꝑ ſe itelligibile. Iſta ꝯclo pʒ ex dictis. ſingulare. n. q̄uocūqꝫ ſumptū inq̄tū tale: nihil diminuit de entitate rei: ſʒ poti⁹ addit ad entitatē. ğ nihil diminuit de cognoſcibilitate: qꝛ vnūqḋqꝫ ſic ſe hʒ ad entitatē: ſic ad cognoſcibilitatem. ğ tale ſingulare ex nā ſui ſaltē eſt itelligibile ⁊ cognoſcibile: ⁊ ḋ oib⁹ his diffuſi⁹ videbit̄ in. 7. metaph̄. ¶ 2ª ꝯclo. ſingulare ſignatū acceptū ſub ꝓpa rōne ſingularitatis nō eſt intelligibile ab itellectu ꝯiūcto: ⁊ hoc cōparādo tale obm̄ ad virtutē cognoſcitiuā itellect⁹ nr̄i ꝯiūcti. Iſta ꝯcluſio diffuſe declarabit̄ in. 7. metaph̄. ꝓ nūc tñ ꝓbat̄ ſic. Potētia q̄ cognoſcit aliqḋ vnūʒ obm̄ diſtincte ⁊ ꝑfecte: cognoſcit ſm̄ ꝓpriā vnitatē. Sʒ itellect⁹ nr̄ ꝯiūct⁹ nō cognoſcit vnitatē ꝓpriā ſingularis. ğ nō diſtincte ⁊ ꝑfecte cognoſcit ſingulare ſub ꝓpa rōne ſingularitatis. Maior ē māifeſta: qm̄ ipoſe eſt potētiā cognoſcere aliq̄ entitatē diſtinctā: niſi cognoſcat qcqd eſt idē realr̄ eidēʒ entitati: vbi talis ſit abſoluta: ſʒ ita ē: ꝙ vnitas vniuſcuiuſqꝫ entis eſt eadē realr̄ enti. ğ ſi ens cognoſcit̄ ꝑfecte ⁊ diſtincte: cognoſcitur ꝯſter ſua ꝓpa vnitas. Minor aūt ꝓbat̄: qꝛ ſi intellectus diſticte cognoſcit vnitatē ſingularitatis: cū ꝑ vnitatē ꝓpriā vnūqḋqꝫ ſit idiſtinctū in ſe: ⁊ diſtinctū a quolʒ alio: cognoſcet̄ tale obm̄ eē diſtictū a q̄libʒ alio: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ hoc nō eſt illud: ſʒ itellect⁹ nō ſic diſtiguit ſingulare a ſingulari. vt ſtatiʒ ꝓbabit̄. ğ ſequit̄ ꝓpoſitū. ¶ Et ꝯfirmat̄. Nā cognitio ꝑfecta ⁊ diſticta alicui⁹ eſt reſpcū alicui⁹ itētiōis vel realitatis quā itellect⁹ diſtincte cognoſcit. Sit exēpli grā. iſta intētio q̄ itellectus cognoſcit diſtincte A. poſito A. circūſcripto quocūqꝫ alio extriſeco: nō diſtinguit itellect⁹ ipm̄ A. a quolibʒ alio circūſcribatur ab A. dr̄ia loci: tp̄is: magnitudis ⁊ figure: q̄ adueniūt ſingulari a poſteriori: ⁊ ipſi itētiōi A. Nō. n. A. dr̄ eē hoc ⁊ ſingulare: qꝛ ſit in hoc loco: ſʒ ideo eſt in hoc loco: qꝛ eſt hoc. Silr̄ nō iō ſingulare eſt B: qꝛ hʒ hanc magnitudinē ⁊ hāc figurā: ſʒ poti⁹ iō magnitudo ⁊ figura ē hec: qꝛ ſunt in hac ſubā. ¶ Et hoc ꝯfirmat̄ ex pncipijs. ſ. Tho. qꝛ accidentia capiūt vnitatē ⁊ diſtōnē a ſubtis. ex hoc ſeq̄t̄: qꝛ cū oib⁹ iſtis circūſcriptis A. nō poſſit diſtingui a q̄libet alia itētōe eiuſdē rōnis: ⁊ ſpēi. itellect⁹: nō diſticte ⁊ ꝑfecte cognoſcit̄ A. ſm̄ ꝓpriaʒ ei⁹ vnitatē. ⁊ ğ A. (qḋ ponit̄ rō ſingularitatis) nō cognoſcit̄ ꝑfecte ⁊ diſtincte ab itellectu: ⁊ rō huius dicti eſt: qꝛ ſingularitas nō eſt rō agēdi in itellcm̄: ſʒ nā. Intellect⁹ aūt cognoſcit obm̄ ſub ea rōne ſub q̄ mouet: ⁊ q̄ eſt ſibi rō agēdi. ğ itellect⁹ cognoſcit obm̄ ſub rōne nāe: ꝙ aūt ſingularitas nō ſit rō agēdi: apparet ꝑ hoc: qꝛ illud eſt rō agēdi qḋ eſt pn̄^m aſſimilandi paſſiuʒ. ſingularitas nō eſt pn̄^m aſſimilādi: ſʒ diſtinguendi. ğ nō eſt rō agēdi: de q̄b⁹ ſupi⁹ in. 5. q. ¶ Itē ponit̄ ſingularitas ꝯditio dtermiata agētis: ⁊ ita pn̄^m limitatiuū ⁊ determinatiuū actiōis: ⁊ nō pn̄^m agēdi. ¶ Pro euidētia tñ duaꝝ ꝯclonū poſitaꝝ: ac duaꝝ ſubſeq̄ntiū ſūt aliq̄ nōnda: quoꝝ pmū eſt: ꝙ aliud eſt ſingulare intelligi ſub rōne ſingularitatis: ſic ꝙ ſingularitas ſit rō intelligēdi. Aliud ē ꝙ ſingularitas dicat̄ eē obm̄ itellcm̄: aut ps obiecti itellecti. Primo mō ſingl'aritas nō ꝯcipit̄ a nobis: qꝛ ſic ꝯcipe ſingularitatē eſt ꝯcipe ipſaʒ diſtincte ⁊ ſeorſuʒ ab alia ſingularitate: ⁊ a nā ſeu q̄ditate. Scḋo modo ſingularitas hñ concipit̄ ⁊ itelligit̄ a nobis: qꝛ qñ aliqḋ vnū obm̄ ꝯcipit̄ adequate: qcqd eēntialr̄ icludit̄ in illo: ſecūdario ⁊ ex ꝯñti ꝯcipit̄. Sʒ totū ſingulare ſic itelligitur tāq̄ obm̄ adequatū vni⁹ itellectiōis. ğ ēt ꝯcipiet̄ ſingularitas in ipo: nō tñ ſic: ꝙ ſit modus obti itellecti: aut rō itelligēdi. ¶ Scḋo eſt notandū ꝙ in hoc ꝯuenit ſenſus ⁊ itellcūs: ꝙ neuter apphēdit ſingu^rē ſeorſū a nā: aut ab alia ſingula^re loq̄ndo ḋ ſingula^re q̄ ē ꝓprietas idiuidualis ꝯſtituens ꝑ ſe vnū cū ipſa nā quā vocamus hecheitatem: ſed tñ differūt in hoc: ꝙ intellect⁹ apphendit ipſaʒ q̄ditatē ſeorſum a ſingularitate. ſenſus aūt nūq̄ apphendit nām ſeorſum a ſingularitate. ¶ Ultimo eſt notādū ꝙ aliud eſt aliqd pmo itelligi: aliud ꝑ ſe intelligi: aliud eſt directe itelligi. Illud dr̄ pmo itelligi qḋ pmo pmitate origis itelligit̄: vl' p°. pmitate adeq̄tōis: ⁊ h̄ 2^m duplr̄: vel ſm̄ adeq̄tōeʒ ad po^{tiā}: vl' ſm̄ adeq̄tiōeʒ ad vnū actū itelligēdi. Prio (. i. i pmitate origis) aliqd itelligit̄ qḋ via originis p° mouet itellcm̄. ſcḋo mō q eſt pm⁹ modus adeq̄tiōis qñ eſt tale ꝙ ꝑ ei⁹ rōnē potētia attingit qcqd attingit. 3° mō. ſ. adeq̄tiōis ad vnū actū: qḋ adeq̄te: ita ꝙ nō vt ps terminat aliquē vnū actū intelligēdi. Iſto mō nos dicimus: ꝙ q̄tuʒ bipedale adeq̄te intelligit̄: ⁊ pmo pmitate adequatiōis: pars aūt eius nō ſic adequate: neqꝫ pmo itelligit̄. Per ſe intelligi eſt intelligi per rōneʒ ꝓpriā. ſicut ꝑ accñs itelligi: ꝑ rōnē alteri⁹. vt de ſenſibili ſecūdo de aīa pʒ. Directe aūt itelligi eſt itelligi ꝑ ꝓpriā ſpēm: ⁊ nō ꝑ reflexionē potētie ad ipam ſpēm: aut ad aliqḋ repñtatiuū ipſi⁹ obti. Ex q̄b⁹ oib⁹ nos ꝯcludimus: ꝙ lʒ ſingulare ſignatū nō ſit ꝑ ſe intelligibile ſub ꝓpria ratiōe ſingularitatis. vt dcm̄ eſt: neqꝫ directe intelligibile vt ꝓbabit̄ in ſeq̄nti ꝯclone. Nec pmo itelligibile pmitate origis: vt ēt ꝓbabit̄ in eadē ꝯclone. Ipm̄ tñ ſingulare eſt pmo itelligibile ſm̄ adeq̄tionē ad actū itelligēdi: qꝛ pōt itelligi ab intellectu nō vt ps alterius: neqꝫ vt aliqd eēntialr̄ incluſuʒ in alio. ¶ Sit ğ iſta 3ª ꝯclo. ſingulare ſignatū itelligit̄ ab itellectu ꝯiūcto reflexe. hoc pʒ ꝑ expoſitioneʒ cōem. tex. cōmē. 10. 3°. de aīa. vbi habet̄: ꝙ ſi ꝑ idē pn̄^m abſtractū ⁊ ſepatū: ſicut eſt itellect⁹: cognoſcit̄ ⁊ itelligit̄ caro. i. indiuiduū carnis: ⁊ carnis eē: hoc eſt q̄ditas carnis: iſtud pn̄^m in cognoſcēdo carnis eē ⁊ ipſaʒ carnē ſe hʒ vt linea extēſa ad ſeipſaʒ vt circūflexā: qcqd dicat Bur. ¶ Probat̄ ēt rōne: ꝙ indiuiduū ſignatū itelligat̄ reflexe. Illud qḋ itelligit̄ nō ꝑ ꝓpriā ſpēm: ſʒ ꝑ reflexionē potētie ad aliqḋ repñtatiuū ipſius: intelligit̄ reflexe. Sed ita eſt: ꝙ intellectus noſter ꝯiūctus in itelligendo ſingulare ſignatū nō itelligit ipm̄ ꝑ ꝓpriā ſpēm immediate repñtantē ipʒ. Sʒ ꝑ reflexionē ad fan^{ta}. ğ tale ſingulare ſignatū itelligit̄ reflexe. Maior pʒ ex deſcriptōe eius qḋ eſt itelligi reflexe. minor declarabit̄ in 4ª ꝯclone imediate ſeq̄nti. ¶ Que ſit iſta. Singulare vaguʒ p°. pmitate originis ⁊ directe itelligit̄ ab itellcū ꝯiuncto: q̄ ꝯclo directe eſt ꝯ̄. ſ. Tho. Iſta ꝯclo ꝓbat̄ breuiter. Ars ⁊ cognitio intellectualis inſeq̄t̄ nām: ſʒ ita eſt ꝙ in actiōe nāli agēs ꝓducēs nō pmo itendit vl'e: qm̄ tunc ꝓducto vl'i: puta corpe: nō ꝓtēderet vlterius actionē. Neqꝫ tale agēs pmo intēdit ſingulare ſignatū: qm̄ ꝓducta tali ſingulari adhuc ceſſaret actio nāe. Sʒ pmo itendit ꝓduce-

re nãm in aliquo ſuppoſito:qđ eſt indiuiduũ vagũ. ergo ſic erit in cognitiõe itellectuali: q̄ ſpẽs repñtatiua obti p̄mo repñtabit nãm in aliq̃ ſuppoſito idetermiate acce/pto.(Repñtat̃.n.nã p̄ᵒ:cũ multis accñtibꝰ nãm ipaꝫ cõ/trahẽtibꝰ:⁊ ſeinuicẽ mutuo)2ᵒ:repñtat ipam nãm in ſe: q̄m itellectꝰ põt abſtrahere oẽ obꝫ iclusũ in p̄ᵒ obto:⁊ ſic oẽm rõnẽ itelligibilẽ ſepare ab alia rõne intelligibili: ⁊ tũc iſta ſpẽs ſecũdario repñtabit ipſaꝫ q̄ditatẽ ⁊ nãm in ſe.3ᵒ ſpẽs repñtat nãm ipſaꝫ determinatã multis circũ/ſtãtijs ſignatis relucẽtibꝰ in fantaſmate diſtinctiori mõ ad quã nãm itelligẽdaꝫ cũ iſtis circũſtãtijs ſignatis de/terminãtibꝰ ad hoc vt diſtincte poſſit ipa itelligi:oꝫ itel/lectũ reflecti ad tales circũſtãtias in fantaſmate relucẽ/tes:⁊ tũc itelligit diſtincte: eo mõ quo diſticte cognoſci põt ipm ſingulare ſignatũ ⁊ non cognoſcimus ſingulare ſignatũ diſtinctiꝰ:q̃ ex cognitõe iſtaꝝ circũſtãtiaꝝ que repñtant̃ in fantaſmate:⁊ ſignũ hꝰ ẽ: q̄ ipꝫ ſingulare co/gnoſcimus ex cognitõe iſtaꝝ circũſtãtiaꝝ: q̄ꝛ ſicut obm itelligimꝰ:ita ipꝫ ſignificamꝰ. Un̄ ſi volumꝰ ſignare ſoꝛ. dicimꝰ q̄ ſoꝛ.eſt hõ lõgus:groſſus:criſpꝰ: niger ⁊c̄. Et ita nos hẽmus: q̄ p̄mũ cognitũ p̄mitate origis eſt ſingula/re vagũ. Loquẽdo de cognitiõe itellectiua.2ᵐ cognitũ eſt ipſa nã ⁊ q̄ditas in ſe.3ᵐ cognitũ eſt ſinglare ſignatũ: qđ ſic itelligit̃ reflexe:queadmodũ dcm̃ eſt ⁊c̄.

Quantum ad 3ᵐ articulũ ſunt alique difficulta/tes. Cõtra 2ᵐ ɔcłonẽ argr̃ tripłr. p̄ᵒ: q̄ꝛ illud ẽ maxie itelligibile qđ ẽ maxie ſenſibile: ſꝫ vnitas ſingularis ſub rõne ſingularitatis ẽ hm̃õ. ḡ ⁊c̄. maioꝛ ẽ nõ. ⁊ minoꝛ pbat̃: q̄ꝛ vnitas ẽ ꝑ ſe ſenſibilis. ex ſcđo de aĩa. ḡ maxia vnitas ẽ maxie ſenſibilis. ɔña eſt euidens. Sicut ſimpłr ad ſimpłr: ita maximũ ad maximũ. vnitas ſingla/ritatis ẽ maxia. Tũ q̄ꝛ idiuiſibilis ⁊ ipluriſicabilis. Tũ q̄ꝛ maxie realis vt de ſe notũ ẽ. igit̃ ⁊c̄. ¶ 2ᵒ argr̃. Si.n. iõ ſingularitas nõ itelligit̃ ab itellcũ nr̃o: q̄ꝛ nõ ſit rõ agẽ/di reſpcũ itellectꝰ: ſeq̄t̃ q̄ ipa nõ poterit ab aliq̃ itellcũ paſſiuo alicuiꝰ obti itelligi: ⁊ cognoſci: ⁊ ita nõ ab itellcũ ãgelico: ɔñs eſt falſum. ɔña ẽ euidẽs. Nihil.n. cognoſcit̃ ſub aliq̃ rõne diſtincte: ſic q̄ iſta rõ ſit modꝰ obti itelle/cti: ⁊ rõ cogñſcẽdi: niſi ſit rõ agẽdi ⁊ mouẽdi intellcm̃. ſin/gularitas nõ eſt hm̃õ. ḡ a nullo itellectu poterit aliq̄d itel/ligi ſub rõne ſingularitatis. ¶ Itẽ 3ᵒ argr̃. itellectꝰ nr̃ co/gnoſcit exñtiã ſub rõne exñtie: ſꝫ exñtia nõ ẽ iſto mõ rõ agẽdi: q̄ꝛ nõ eſt nã: neq̃ q̄ditas. ḡ relinq̄t̃ q̄ aliq̄d ꝑfecte ⁊ diſticte itelligit̃: qđ tñ nõ ẽ rõ mouẽdi itellcm̃. ¶ Ad p̄ᵐ r̄ñdet̃ q̄ ſenſibile cõe nõ ꝓducit ꝓpriã ſpẽm in ſenſu ꝑ quã faciat ab ſubam imutatõis: ſicut ſenſibilia ꝓpa: ſꝫ tm̃ facit ad modũ vł d̃riaꝫ imutatiõis vt hꝫ videri. 2ᵒ d̃ aĩa. Et iõ nõ ſentit̃ nũerus: aut vnitas niſi mediãtibꝰ q̄li/tatibꝰ ſenſibilibꝰ. ſic ḡ nõ ſentimꝰ vnitates rõne ſinglari/tatis. ſ. duo obta ſenſibilia inq̃ñtũ duo: ſed ſolũ vt duo di/ſtincta loco: tp̄e: figura: coloꝛe: ⁊ ſic de alijs: ita q̄ vnitas: aut nũerus non ꝑcipit̃ ſine alijs accñtibꝰ ſenſibilibꝰ. Et ad formã argumẽti qñ d̃r: illud ẽ maxie itelligibile ⁊c̄. Cõcedit̃ maioꝛ ⁊ negat̃ minoꝛ. Nã vnitas nãe ẽ magis ſenſibilis: q̄ꝛ accñtia ſenſibilia ꝓpa q̃ iſequunt̃ nãm: effi/cacꝰ mouẽt ſenſuꝫ q̃ accñtia q̃ iſequunt̃ ſingularitateꝫ. Nã p̄ᵃ accñtia ſequunt̃ entitatẽ q̃ ẽ rõ agẽdi in ſenſum ⁊ itellcm̃: ſꝫ nõ accñtia q̃ inſequunt̃ ſingularitatẽ. Et ad il/lud thopicoꝝ. ſicut ſimpłr ad ſimpłr ⁊c̄. R̄ñdet̃ q̄ tꝫ in his q̃ ſunt ꝑ ſe: ⁊ nulloꝰ ꝑ accñs. Sicut nõ ſequit̃. albũ eſt extẽſuꝫ. ḡ magis albũ ẽ magł extẽſuꝫ: albũ ẽ dulce. ḡ ma/gis albũ ẽ magł dulce: ita l ꝓpoſito. vnitas nõ ſentit̃ niſi mediãte ſenſibili ꝓpo cui accñtalr̃ ɔiungit̃: ⁊ q̄ꝛ ſenſibi/lia ꝓpa nãe vt nã eſt: efficacꝰ mouẽt: q̃ accñtia ſenſibi/lia ſingularitatis: q̄ꝛ ſunt accñtia eiꝰ qđ ẽ ꝓxima rõ mo/uẽdi ⁊ nõ accñtia ſinglaritatis. iõ h̄ vnitas ſentit̃ ⁊ nõ il/la. ¶ Ad 2ᵐ r̄ñdet̃ p̄mittẽdo q̄ duplex eſt actio: q̃dã eſt actio nãlis: q̃dã itellectualis. Actio nãlis ẽ illa q̃ hꝫ fieri reſpcũ mãe ſenſibilis aliq̃ mõ. Actio intellectualis q̃ hꝫ fieri reſpcũ itellectꝰ ⁊ mãe abſtracte ab oĩ q̄litate ſenſi/bili. Si loq̃mur de actiõe nãli: p̄ncipiũ iſtiꝰ actõis formale paſſiuũ aut actiuũ ẽ ipſa nã ⁊ q̄ditas. vt pꝫ ꝑ ph̄ꝫ. 2. phy/ſicoꝝ. Nã eſt p̄ncipiũ motꝰ ⁊ q̄etis eius in q̃ ⁊c̄. Si loq̃mur de actiõe itellectꝰ: reſpcũ iſtiꝰ actiõis põt aliq̄d eẽ p̄ncipiũ agẽdi: dato q̄ nõ ſit nã ⁊ q̄ditas. dũmõ ſit entitas actua/lis: q̄ꝛ actꝰ ⁊ itelligibile ɔuertunt̃. ¶ His p̄miſſis: r̄ñde/tur negãdo iſtã ɔñtiam. Intellectꝰ nr̃ nõ põt intelligere ſinglaritatẽ: ḡ neq̃ itellectꝰ angelicꝰ. ⁊ rõ ẽ iſta: q̄ꝛ ſi itel/lectꝰ noſter recipit itellectionẽ ab obto: recipit mediãte actiõe nãli q̃ fit in ſenſu: reſpcũ cuiꝰ nihil põt eẽ rõ agen/di: niſi nã. Sꝫ ſi itellectꝰ angelicꝰ recipit itellectiõeꝫ ab obto: nõ recipit mediãte actiõe nãli: vt diſtinguit̃ ɔ̃ itel/lectualẽ. Sed imediate patit̃ ab obto: ⁊ ita põt imutari ab oĩ entitate actuali. ¶ Põt ẽt aliter r̄ñderi ad p̄mam iſtãtiã iteꝝ negãdo ɔñtiaꝫ eãdẽ. ¶ Pro q̃ eſt nõndũ q̄ defectꝰ in cognoſcibili arguit itenſiorẽ virtutẽ in cogno/ſcente: vt vult Ar. in lib. de ſenſu ⁊ ſen. Si.n. viſibile di/minueret̃ in ifinitũ: oporteret viſuꝫ creſcere in ifinituꝫ ad hoc vt ꝑcipet viſibile: cũ aũt ſingularitas ipſa ſit mi/nime cognoſcibilitatis in ɔpatiõe ad nãꝫ: nõ opꝫ cogno/ſcentẽ nãm cognoſcere ſingularitatẽ: ſꝫ itellectꝰ ãgelicꝰ: q̄ eſt maioris v̄tutis cognoſcitiue q̃ itellectꝰ hũanꝰ ɔiun/ctus: põt cognoſcere ipaꝫ ſingularitatẽ dato q̄ ipa nõ ꝑ/cipiat̃ ab itellcũ hũano: ex eo q̄ talis itellectꝰ angelicus eſt ꝑfectioris v̄tutis cognoſcitiue. ¶ Sꝫ ɔ̃ iſtã r̄ñſioneꝫ adhuc inſtat̃: itellectꝰ nr̃ eſt ſũme diſpoſitꝰ reſpcũ cuiuſ/cũq̃ itelligibilis q̄ ẽ oĩa fieri: ex 3ᵒ d̃ aĩa. Sꝫ paſſuꝫ ſum/me diſpoſitũ põt imutari a q̃cũq̃ agẽte. igit̃ poterit itel/lectꝰ nr̃ imutari a ſingularitate. ¶ R̄. q̃to paſſuꝫ eſt mi/noris potẽ: tãto agẽs debilꝰ põt ipꝫ mouere ⁊ agere i ipm ꝓꝑ minorẽ reſiſtẽtiã paſſi ad agẽs. Sꝫ itellectꝰ nr̃ ẽ ipfe/ctiꝰ paſſuꝫ q̃ ſit itellectꝰ ãgelicꝰ. ḡ obm debiliꝰ in actua/litate poterit efficacꝰ mouere itellcm̃ nr̃m poꝰ q̃ itel/lectũ angelicũ: ⁊ ita ſingularitas ſic poterit mouere ipꝫ. ¶ Ad p̄ᵐ iſtoꝝ r̄ñdet̃ dicẽdo: q̄ aliq̄d eſſe ſũme diſpoſi/tũ p̃t eẽ vł p̄uatiue vł poſitiue. illđ ẽ ſũme diſpoſitũ p̄ua/tiue qđ hꝫ carẽtiã cuiuſcũq̃ ɔ̃rij forꝰ iducẽde: ſꝫ poſitiue ſũme diſpoſitũ ẽ illud qđ hꝫ oẽm ꝑfectionẽ nec̃io reqſi/tã ad actũ agẽtł. Intellectꝰ d̃r ſũme diſpoſitꝰ p̄moꝰ: q̄ꝛ nõ hꝫ formã ɔ̃riã forme itroducẽde: nõ tñ ẽ ſũme diſpoſitꝰ 2ᵒ: q̄ꝛ nõ hꝫ ꝑfectã v̄tutẽ cognoſcitiuã in ɔpatiõe ad itel/lectũ ãgelicũ. Intellectꝰ.n. nr̃ nõ tñ ẽ receptiuus ⁊ paſſi/uus: veꝝ ẽt opatiuꝰ: ⁊ lꝫ ipe inq̃ñtũ paſſiuꝰ ⁊ receptiuꝰ di/cat̃ eẽ ipfectꝰ: tñ inq̃ñtũ opatiuꝰ ẽ ꝑfectꝰ: ⁊ eẽ opatiuũ in ipo nihil aliud ẽ: q̃ ipm eẽ cognoſcitiuũ. Un̄ ſuuꝫ opari eſt itelligere. ⁊ h̄ arguit ꝑfectionẽ in ipo: q̄ꝛ ḡ itellectus ãgelicꝰ ꝑfectius ẽ opatiuꝰ q̃ nr̃. iõ aliq̄d põt cognoſcere ꝑfecte ⁊ diſtincte ſaltẽ: qđ nr̃ ſic diſticte attigere nõ põt. ¶ Et ſi tu arguas. paſſiuũ a pluribꝰ d̃r eẽ ipfectiꝰ. ḡ itel/lectꝰ ãgelicꝰ erit ipfectioꝛ itellcũ nr̃o. ¶ R̄ñdet̃ negan/do aſſumptũ: q̄ paſſiuũ a pluribꝰ ſit ipfectiꝰ. Nã vbi paſ/ſuꝫ nõ põt ꝑfici niſi patiat̃: ſi ẽ a plibꝰ paſſiuũ ex hoc nõ d̃r ipfectiꝰ. ¶ Ad 2ᵐ argumẽtũ r̄ñdet̃ negãdo: q̄ qñ paſ/ſuꝫ ẽ debiliꝰ q̄ ſemꝑ agẽs poſſit ipꝫ mouere. Uerũ ẽ tñ h̄ aſſũptũ: vbi paſſuꝫ nõ magis determiat̃ ad actũ ꝑfectũ q̃ ipfectũ ⁊ h̄ eẽntialr̃: ⁊ ordine q̃dã eẽntiali. Certũ ẽ.n. q̄ mã p̄ᵃ ẽ ipfectiꝰ paſſũ: q̃ ſuba coꝛꝑea: ⁊ tñ nõ ſeq̄t̃ q̄ ſi aliqđ agẽs põt imutare ſubaꝫ coꝛpoꝛeã iducẽdo aliquaꝫ formã accñtalẽ in ipſaꝫ imeᵉ q̄ poſſit imutare mãm p̄/mã imediate ad formã accñtalẽ. Et h̄ ẽ: q̄ꝛ mã p̄ᵃ deter/

minaṫ de ſe vt ꝓpriū ſuſceptiuū ad actū ꝑfectiorē ꝗ̄ ſit accñtalis act⁹. ⁊ eꝫ act⁹ ſubalis determiaṫ de ſe ad tale ſuſceptiuū: qḋ ē mã p̊ᵃ. In propoſito itellect⁹ nr̄ lꝫ ſit ipſectior itellcū ãgelico ex ordine eẽntiali quē bꝫ ad ſenſū ꝙ patiṫ paſſiõe nãli ⁊ a nã determiaṫ ad agẽs ꝑfecti⁹: ⁊ ad formã ꝑfectiorē:ꝗ̄ ſit entitas ſinglaritatis: ⁊ h̄ ꝗ̄tuꝫ ad cognitiõeꝫ ꝑfectã ei⁹: ⁊ diſtictã: vbi aūt nō eēt iſte ordo eẽntialis:ſic̄ forte ē ĩ aĩa ſepata:ꝯcederē itellcm̄ poſſe pati ⁊ imutari ab ipa ſinglaritate. ¶ Ad 3ᵐ argᵐ ſcḋm i p̊nᵒ articuli r̄ndeṫ negãdo ēt iſtã ꝯñaꝫ. Exñtia ꝑcipiṫ ab intellectu nr̄o.ꝙ̄ ⁊ ſinglaritas.exñtia.n.nō tm̄ diſtat a ꝗditate ⁊ nã ꝗ̄tū ſinglaritas.Exñtia.n.lꝫ ñ ſit ō eẽntia nãe ⁊ ꝗditatis:tñ nō bꝫ diſtinctã formalitatē a ꝗditate. ē.n. ꝗd ⁊ act⁹actualitate ⁊ ꝗditate ipſi⁹nãe.ꝙ̄ ꝗcūq̄ rō ē p̊nᵐ formale cognoſcēdi nãm:pōt eē p̊nᵐ formale cognoſcendi exñtiã.ſinglaritas ãt nō ē de eẽntia nãe:imo p diuerſa a nã:⁊ bꝫ diſtictã formalitatē a nã: ⁊ ita mouēs ad cognitõeꝫ nãe ñ mouet ō neciᵗᵉʳ ad cognitõeꝫ ſinglaris ⁊c̄.

Deinde aṙ.ꝯtra iſtã ꝯclõnē vltimã. Tu dicis ꝙ ſingulare vagū p̊ itelligiṫ ab itellcū ꝯiuncto. Cōtra.q̄ obm̄ dꝫ ꝓportiõari po⁽ᵉ⁾:ſꝫ ita ē ꝙ ſinglare vagū nō ꝓportiõaṫ itellectui poſſibili.ꝙ̄ itellect⁹poſſibilis nō itelligit p̊ ſingulare vagū. ¶ 2ᵒ aṙ. Si ſingulare vagū p̊ᵒ itelligereṫ:ſeq̄ret ꝙ fruſtra ponereṫ itellcūs agẽs. Intellect⁹.n.agẽs nō poniṫ niſi ad abſtrahēdū ꝗditatē a ꝯditiõib⁹ mãlib⁹ ⁊ idiuiduãtibus:ſꝫ ꝑ te ꝗditas ipa pōt apprehēdi imediate ab itellcū cū ꝯditiõibus idiuiduantibus.ꝙ̄ ſupfluet actio intellect⁹ agẽtis. ¶ Itē 3ᵒ aṙ ꝙ iſta poſitio nō ſit ad mentē Doctoris ſubt. Ponit.n. Doctor ſubt.in.3.di.p̊.in p̊nᵒ:ꝙ ſpẽs ſpãliſſima p̊ itelligiṫ ab itellectu nr̄o:cui⁹ ſingulare forti⁹ ⁊ efficacius mouet ſenſuꝫ (qḋ ēt poſitū ē ſupra ĩ alia.q.arti.2ᵒ in p̊nᵒ.ꝑ p̊ᵃ ꝯclõne.) Sꝫ ſi ſingulare vaguꝫ p̊ intelligiṫ.ꝙ̄ nō ſpẽs ſpãliſſima. ¶ Ad p̊ᵐ iſtoꝝ r̄ndeṫ:ꝙ iter obm̄ ⁊ potētiã dꝫ eē ꝓportio:ſꝫ ꝓportio ſemꝑ ē iter diſſimilia ſcḋm ſpēm ⁊ nãm: ſic̄ iter acti ⁊ poᵐ:actiuū ⁊ paſſiuū:totū ⁊ ꝑtes:mãm ⁊ formã:q̄ oĩa ſunt diuerſa in nã ⁊ in ſpē: ⁊ iſta ſic ſe hñt:ꝙ nō hñt eūdē modū eēndi nãlē. Ex q̄ ſeqꝰ ꝙ cū obm̄ reſpcū po⁽ᵉ⁾ hēat talē ꝓportionē: nō opꝫ intellcm̄ hr̄e talē modū eēndi nãlē:q̄lē modū eēndi bꝫ ipm̄ ſingulare qḋ mouet ipꝫ. ¶ Pōt ēt dici in ſpãli:ꝙ itellect⁹aſſimilaṫ obiecto: nō ꝗdē quãtū ad eē nãle:ſꝫ ꝗ̄tū ad aliquē actū receptuꝫ ab obto:ꝙ eſt ſpẽs itelligibilis:aut act⁹ itelligēdi: ⁊ h̄ eſt ꝙ dṙ.2.de aĩa:ꝙ cognitio fit ꝑ aſſimilationē cognoſcentis ad cognitū. Iſte aūt actus recept⁹ in itellcū poſſibili in quo repñtaṫ obm̄ cū ſit ei⁹ nãlis ſilitudo: eque hñ eſt imãlis:ſicut ipſemet itellect⁹:q̄ itellectus ſicut nō ē forma extēſa in mã: ⁊ in eē dependēs a mã: ita ꝗcūq̄ actus recipiṫ in ipo itellcū eſt ſic imãlis ⁊ inextenſus:q̄ oē qḋ recipiṫ in aliq̄:recipiṫ ꝑ modū recipiētis. Uñ ſi ſenſus ꝙ eſt poᵃ in mã recipit ſpēm ab obto ſine mã extēſa: tamē multo magis itellcūs ꝙ eſt imãlis. Ex q̄ ꝯcludiṫ: ꝙ itellectus poſſibilis aſſimilaṫ ſingulari qḋ recipit quãtū ad ſpēm ipſaꝫ:q̄ eſt ipm̄ obm̄ repñtatiue. Aſſimilaṫ inquaꝫ ꝗ̄tū ad eē imãle ⁊ inextēſuꝫ:qḋ bꝫ ipꝫ obm̄ rōne ſpẽi in q̄ repñtaṫ. ¶ Ad 2ᵐ r̄ndeṫ negãdo:ꝙ ſupfluat actio intellect⁹ agẽtis poſita iſta opĩone. Actio.n.itellect⁹ agentis nō tm̄ poniṫ ad abſtrahēdū ꝗditatē a ꝯditiõib⁹ mãlib⁹:veꝝ ēt ad hoc vt ṽtute ipſi⁹ gignaṫ ſpẽs intelligibilis in itellcū. In qua ſpē itelligibili bꝫ obm̄ eē imãle: qḋ p̊us hēbat eē in fantaſmate mãle: ⁊ extēſuꝫ; ⁊ hoc eſt qḋ egregie inq̄t Auerro.3.de aĩa.ꝯmē.18. Actio intellectus agētis eſt vt trãſſerat obm̄ de ordine in ordinē:hoc ē de ordine eē mãlis ⁊ extēſi ad ordinē eē imãlis: ⁊ inextēſi. Eſt.n.duplex actio itellect⁹ agētis. Una eſt actio realis ſcḋm quã de fantaſmate gignit ſpēm intelligibilē in intellectu poſſibili. Alia eſt actio metaphorica ſcḋm quã de obiecto mãli ⁊ extēſo gignit obm̄ ſcḋm eē imãle: ⁊ inextēſum. Uñ cū obm̄ hēat tale eſſe q̄le eē bꝫ ſuū repñtatiuū: ⁊ cū fantaſma hēat eē mãle extēſuꝫ:qḋ eſt eē ſenſibile ⁊ imaginabile:obm̄ repñtatū in fantaſmate ſcḋario ⁊ ex ꝯñti bꝫ ſic eē mãle: ⁊ extēſuꝫ. Et cū ſpẽs itelligibilis hēat eſſe ſpũale ⁊ inextēſuꝫ:ſic tale eē bꝫ obm̄ ipꝫ repñtatū in ſpē: ⁊ ſꝫ hoc veꝝ eſt qḋ inq̄t Cōmē.qḋ obm̄ trãſſerṫ de ordine in ordinē:hoc eſt de ordine mãliū ⁊ ſenſibiliuꝫ ad ordinē ſpũaliū ⁊ itelligibiliū. Iſto mō nos dicimus: ꝙ ſingulare vagū trãſſerṫ ſic de ordine in ordinē: q̄ de eē qḋ bꝫ in fantaſmate:ad eē qḋ bꝫ in ſpē itelligibili:q̄ ſpẽs intelligibilis:nō pōt ꝓduci a fantaſmate ſolo: q̄ nūꝗ̄ effectus eq̄uocus excedit ſuã cãm eq̄uocã totalē. vt ſupi⁹.q. alia in p̊nᵒ.p̊mi arti.eſt oñſuꝫ. Sꝫ ſpẽs itelligibilis ē effectus eq̄uocus reſpcū fantaſmatis: ⁊ ē ꝑfectior fantaſmate.ꝙ̄ nō pōt gigni ſolū virtute fantaſmatis.ꝙ̄ vt ſic nečio requiṙ actio intellectus agētis. ¶ Et ſi tu dicas Cōmē. ⁊ Ar.dicunt:ꝙ ſi ꝗditates eēnt ſepate: vt poſuit Plato: fruſtra ponereṫ itellect⁹ agẽs. ¶ Dico ꝙ hoc ſeqꝰ ex poſitiõe Platonis:q̄ forma ſepata ⁊ imãlis pōt ſufficiēter mouere intellcm̄ poſſibilē. Sꝫ ꝗditates ſcḋm Platonem erãt ſic ſepate.ꝙ̄ ſufficiēter poterãt nō ꝯcurrere alio agēte imãli mouere ipm̄ intellcm̄ poſſibilē:q̄ agens imãle pōt mouere paſſuꝫ imãle. ¶ Ad vltimū dr̄ᵐ dṙ:ꝙ Sco. in poſitiõe illa dicit:ꝙ ſpẽs ſpãliſſima eſt p̊mū cognitū. ꝗcquid ſit de cognitiõe ſingularis:ita ꝙ omittendo difficultatē de cognitiõe ſingularis que alibi ſcḋm ipm̄ erat ꝑtractãda (quēadmodū ⁊ nos in.q.alia iſtum paſſuꝫ reportauimus ad hãc.q. vbi bꝫ locū) ⁊ loq̄ndo de his que ſcḋm oĩum opi.ſunt ꝑ ſe cognoſcibilia:ſpẽs ſpãliſſima ſcḋm ipm̄ eſt p̊mū cognitū ab itellectu ꝯiuncto p̊mitate originis ⁊ in notitia ꝯfuſa:ita ꝙ cōparat magis vl̄e ad minus vl̄e:quo ad cognitionē noſtram: ⁊ non vl̄e ad ſingulare. ¶ Uel poſſumus dicere: ⁊ eſt q̄ſi ideꝫ:ꝙ ipſe loquiṫ de his cognoſcibilib⁹ que pñt cognoſci ſcḋm ꝓpriã coꝝ rõnē ⁊ ſcḋm ꝓpriã coꝝ vnitatē.ſingulare aūt inꝗ̄tū ſingulare ſcḋm ipm̄ nō eſt cognoſcibile ſcḋm ꝓpriã vnitatē. loquēdo de ſingulari per ſe: ⁊ ſignato: ⁊ qḋlibet vl̄e pōt cognoſci a nobis ſcḋm ꝓpriã vnitatē.ꝙ̄ loquēdo de iſtis cognoſcibilibus. vt dcm̄ eſt: ꝓcedit po⁹ ſua.

Quantum ad vltimū articulū. ¶ Ad argumēta p̊ncipalia ante oppoſituꝫ adducta reſpondeṫ. ⁊ p̊mo ad p̊mū:p̊mittendo ꝙ obiectū p̊mū alicuius potētie pōt accipi q̄ttuor modis. Uno mō p̊mum p̊mitate adequatiõis:ſcḋm adequationē ad potentiã. Secūdo mō p̊mū p̊mitate ꝑfectiõis. Tertio mō p̊mū p̊mitate originis. Quarto mō p̊muꝫ primitate p̊ciſionis ſeu excluſiõis. Primū obiectū intellect⁹ p̊ᵒ p̊mitate eſt ens inquãtū ens: ⁊ hoc ex nã potētie intellectiue que eſt totius entis ⁊ ſcḋm oēm ambitū entis dicēte pħo.3. de aĩa. ꝙ opꝫ intellcm̄ eſſe immixtū ad hoc vt oĩa intelligat. Obiectū p̊mū 2ᵒ p̊mitate reſpcū intellectus:eſt deus glorioſus:de quo habeṫ in.10.ethicoꝝ.ꝙ in ipo ꝯſiſtit felicitas nr̄a nãlis. Obiectū p̊mū 3ᵃ p̊mitate:eſt ſingulare vaguꝫ: vel cōparãdo vl̄e ad vl̄e:cōceptus ſpeciei ſpecialiſſime: cui⁹ ſingulare forti⁹ mouet ſenſuꝫ. Quarto mō obiectuꝫ p̊mū eſt ipm̄ qḋquideſt:ſeu quiditas abſtracta a ſingularitate:q̄ qḋquideſt:ſeu quiditas ſic ſeparata p̊ciſe attingiṫ ab intellectu: ⁊ nō ab aliqua alia potētia:loquēdo de attingētia in cognoſcēdo. Ex iſta diſtĩone apparet r̄nſio ad argumentū. ¶ Pōt etiã dici:ꝙ qḋꝗdeſt eſt p̊mū obiectū intellcūs p̊mitate originis reſpcū ſingularis ſignati vel ſingularis cognoſcibilis ſcḋm ꝓpriã rõneꝫ ſingula-

ritatis:q2 gditas ipſa ꝑintelligit ante ſingulare ſignatū: quēadmodū habitū ē in corpe.q.⁊c. ¶ Ad aliō argm̄ rn̄detꝰ ꝑmittēdo ꝙ illō qō ē formale alicui reꝑſentatiuū: eſt v̄tuale repſentatiuū reꝰ alteriꝰ: vl ſaltē pōt eē. Dico āt formale reꝑn̄tatiuū reꝰ alicuiꝰ: qō ꝑ ⁊ adeq̄te ipʒ repſentat: ſʒ v̄tuale repn̄tatiuū ē reꝰ alicuiꝰ: qn̄ illud repn̄tat vt ꝑs gditatiua: vl eēntialis: vl vt aliqd īcluſū q̄mōcūqʒ in obō ꝑ. ¶ 2° ē nōn̄: ꝙ ſic ſe hʒ ſingulare ad vl̄e in eēndo: ita repn̄tatiua ipſoꝝ. q̄ ſunt ſp̄ēs ipē talia oba repn̄tātes ſe hn̄t in repn̄tādo: ſʒ ſingulare ɔtinet vl̄e eēntialr. ḡ repſentatiuū ſinglaris v̄tualr repſentabit ipʒ vl̄e. ¶ 3° ē notādū: ꝙ lʒ qōlibʒ repn̄tatiuū ſinglaris ſit v̄tuale repn̄tatiuū reꝰ vl̄is: nō tn̄ oʒ: ꝙ q̄t ſūt ſp̄ēs ſinglariū. tot dicāt eē ſp̄ēs vl̄iuʒ: q2 iſta repn̄tatiua ſingulariū q̄ ſūt v̄tualia repſentatiua reꝰ vl̄iuʒ: nō repn̄tāt niſi vnū obm vl̄e: ⁊ ita in rōne repn̄tādi oēs iſte ſp̄ēs ɔcurrūt: ⁊ pn̄t dici vnū v̄tuale repn̄tatiuū: Tū q2 ɔcurrūt ī vna rōne repn̄tādi reſpcū vl̄is: Tū q2 tm̄mō vnū obʒ repn̄tāt: ⁊ ita ex rōne repſentādi: ⁊ ex rōne repn̄tabil' pn̄t dici vna ſp̄ēs: ⁊ vnū repn̄tatiuū. ¶ Per h̄ r̄ndet ad fōmā argⁱ. dicēdo ꝙ ꝑ eādē ſp̄ēz īttelligit vl̄e ⁊ ſinglare: q̄ ſp̄ēs ꝑ ē ſinglar]: vl īdiuiduí vagi. ſcōario ⁊ ex ɔn̄ti ē ipiꝰ vl̄is. ¶ Et cū tu dic]. ꝙ eadē ſp̄ēs nō pt repn̄tare vl̄e ⁊ ſinglare. R̄n̄. ɔcedēdo ꝙ eodē mō nō pōt eadē ſp̄ēs iſta duo repn̄tare: ſʒ hn̄ alio ⁊ alio: q2 ꝑ° ſinglare. ſcōario ⁊ v̄tualr ipʒ vl̄e. ⁊ h̄ fit v̄tute itellꝰ abſtrahētis gditatē ⁊ nāʒ ab oībꝰ ɔditiōibꝰ īdiuiduātibꝰ: q̄ ītellꝰ ē ꝑciſiuꝰ ⁊ abſtractiuꝰ cuiuſcūqʒ rōnis itelligibil: q̄ īcludit ī obō. Et qn̄ dr̄ ꝙ eadē ſp̄ēs nō pōt repn̄tare ſub iſtis rōnibꝰ diſticte ⁊ īdiſticte. Dico ꝙ eadē ſp̄ēs nō pōt repn̄tare ſub iſtis rōnibꝰ ꝑ ⁊ īmediate illō qō repn̄tat: ſʒ repn̄tādo aliqō vnū ꝑ: pt illō diſticte repn̄tare: repn̄tando āt aliqd īcluſūʒ in illo: pt idē repn̄tabile repn̄tare īdiſticte rōne illiꝰ qō ſcōario repn̄tat. In q̄ repn̄tato illud ꝑ repn̄tabile aliq̄ mō cōtinet: ſic ꝑs ſubiectiua in toto vl̄i. Et ſic finis q̄ſtū ad iſtā qōnem.

¶ Primū eniʒ ſubſtātia q̄ vniuſcuiuſqʒ ꝓpria vniuſcuiuſqʒ que non ineſt aliȷ̄ ⁊c̄. Textu cōmenti. XLV.

Queſtio. VIII.

In ſeptimo metaphy. Cōcurrēs igredit māʒ de vnitate nāe. ¶ Pro cuiꝰ argumētoꝝ ſolōne: Queritur: vtꝝ ꝑter vnitatē ſingularē ſit dare aliquā vnitatē realē mīorē vnitate nūerali. ¶ Et argr̄ negatiue: q2 data veritate iſtiꝰ poſitiōis: ſeqt ꝙ ī aia erūt due aie itellectiue: ɔn̄s ē falſū. ḡ ⁊ añs. Et ɔn̄a pbat. Certuʒ ē ꝙ hō in cōi hʒ ꝓpriā vnitatē diſtictā ab vnitate Sor. vt ɔcedit Sco. ſʒ iſta cōis ⁊ vl̄is realr diſtinguit ab vnitate Sor. Qō pbat ex fūdamētis ipſiꝰ Sco. Quecūqʒ ſic ſe hn̄t: ꝙ vnū pōt manere alio nō manēte. illa diſtinguunt realr: ſʒ ita ē ꝙ manet hō cōis: nō manēte ſor. ḡ hō cōmunis diſtinguet realr a ſor. ſʒ in hoīe in cōi ē mā: ⁊ forma: q̄ eſt aia itellectiua: ⁊ illa eſt alia a forꝰ ſor. ꝑꝑ aliā ⁊ aliaʒ vnitatē vtriuſqʒ. ḡ exn̄te hoīe cōi in ſor. ibi erūt due aie itellectiue. ¶ 2° ꝑncipalr argr̄. Vl̄e ē igenerabile ⁊ icorruptibile. ex. 7°. metaphy. ſʒ corruptibile ⁊ icorruptibile dn̄t pluſq̄ genere: loquēdo de gn̄e phyſico. ḡ gcquid eſt ipſiꝰ cōis: erit alterius generis phyſici ⁊ ſuſceptiui ab eo qō eſt ſingularis corruptibilis. Quo dato ſeqt: ꝙ aia itellectiua hoīs in cōi nō poſſit recipi ī eodē ſuſceptiuo: cum aia ſortis: ⁊ ita aia itellectiua hoīs in cōi erit q̄dā aia abſtracta ⁊ ſepata ab oī mā. ¶ Vltīo argr̄. Si aial hʒ vnitatē ꝓpriā diſtictā ab vnitate ſingularis: vel ab vnitate ꝓpe ſp̄ei: ſeqt ꝙ aial poterit trāſmutari realr ab vna ſp̄e in aliā: ⁊ ita poterit trāſmutari a forma aſini ad formam hoīs: ⁊ cͦ. ɔn̄s eſt falſuʒ. ḡ ⁊ añs. ɔn̄a pbat. Qōcūqʒ ē indifferēs ad aliq̄ plura diſticta realr: q̄ſtū ē ex ſe: pōt trāſmutari ab vno in reliquū: ſʒ ita eſt: ꝙ aial eſt huiuſmodi reſpectu ſuaꝝ ſp̄erum. ergo ⁊c̄. Hoc idē ꝓbatur de hoīe reſpectu ſuoꝝ īdiuiduorum ⁊c̄.

Ad oppoſitū ⁊ ꝓ parte affirmatiua qōnis argr̄. Illud ē ens reale: vl ex nā rei qō ē ꝑnm agendi (vel actiōe reali in paſſuʒ trāſmutabile: vel actiōe itentiōali in ſenſuʒ ⁊ itellectū) ē ēt diſtictū ens ex nā rei ab eo cui nō ɔpetit ſic eē ꝑnm ⁊ rō agēdi. Sʒ ita eſt ꝙ nā eſt hōꝰ: ⁊ nō ſingularitas: ſeu rō ſingularitatis. ḡ ⁊c̄. Maior ē manifeſta: q2 actio realis nō debet: niſi ꝑnꝰ reali. ſilr actio itētiōalis in ſenſuʒ ⁊ itellectū (cū ipſa ſit ens reale: ⁊ depēdeat a ꝑnꝰ elicitiuo ipſiꝰ) de neceſſitate opʒ dare ꝙ eiꝰ ꝑnm ſit ens reale. mīor āt ꝓbatur. Illud ē ꝑnm agēdi in actiōe nāli: ⁊ in actiōe itētiōali. in q̄ agēs aſſilat ſibi paſſum: ſʒ illud in q̄ paſſuʒ aſſilat agenti eſt ipſa nā: ⁊ rō nāe. Qō pbat: q2 ignis gn̄ās ignē nō aſſimilat igni genito in vnitate ſingulari: aut in ſingularitate: ſʒ aſſilat tm̄mō in nā ſpecifica. ḡ nā ſic erit ꝑnm ⁊ ratio agendi: vt diſtinguitur a ſingularitate.

In iſta qōne ſunt q̄tuor articuli. In ꝑmo ſunt aliq̄ necc̄ia ꝑmittēda. In 2°. ɔ̄nes eliciēde. In 3°. difficultates mouēde ⁊ excludēde. In quarto rōnes in ꝑncipio facte ſunt ſoluēde.

Quantū ad ꝑm q̄tuor ſūt notāda. ¶ Prio notāduʒ eſt: ꝙ ē dr̄ia iter ſingulare: nāʒ: ⁊ vl̄e. Singulare. n. ē illud qō eſt icōicabile pluribꝰ: ⁊ idiuiſibile in illa. maxime h̄ eſt veꝝ in creaturis. Rō. n. cōis īdiuiduitaʒ creati q̄ʒ icreati ē: ꝙ ſit īplurificabile: ⁊ īdiuiſibile in plura. Rō. n. icōicabilitatis ɔpetit tm̄ īdiuiduo creato. Ex q̄ ſeqt ꝙ īdiuiduū creatū: ⁊ ē icōicabile ⁊ īdiuiſibile in plura. ⁊ ꝑꝑ h̄ appellat īdiuiduū: q̄ſi non diuiduū: ſeu nō diuiſuʒ: ⁊ q2 tale īdiuiduū ē icōicabile: vt dcm̄ ē: oʒ vt ɔſtituat in tali eē ꝑ aliquā entitatē icōicabileʒ: ⁊ ſimplr īdiuiſibilē. Iſta āt entitas vltimate ɔſtitutiua ipſiꝰ ē ipa ſingularitas: quā nos appellamꝰ ꝓpetatē īdiuidualē ſeu hecheitatē: ⁊ q2 vnicuiqʒ entitati corr̄ndet ſua ꝓpa vnitas (vt hʒ Sco. in 2° metaꝝ. di. 3. q. 6. ⁊ in eodē li°. di. 12. q. ꝑa) Iō ſingularitati idiuiſibili corr̄ndet ſua ꝓpa vnitas: que eſt eiꝰ paſſio ꝑ ſe ꝑ° ſibi ɔpetēs: a q̄ totū ſingulare eſt vnū. ⁊ iſta vnitas dr̄ eē realis: ⁊ ēt maxia: realis talis gdē q2 eſt ꝑter oēʒ actū itellecꝰ in actuali exn̄tia: ⁊ in re. maxima ēt: q2 ē īdiuiſibilis ⁊ icōicabilis pluribꝰ. Nā cūʒ de rōne vnitatis ſit idiuiſio (ſaltē ɔcomitāter) ōis illa vnitas dr̄ eē maxia: q̄ ē maxie idiuiſa: ⁊ ita vnitas īdiuidualis ē maxia vnitas ⁊ realis. Nā v̄o ſeu ens nāe eſt illō qō eſt actu cōicabile pluribꝰ: vel ēt actu participatū ⁊ diuiſūʒ in plura: ⁊ eſt ipſa nā ⁊ gditas in multis ſingularibꝰ: q̄ q̄ſtū eſt de ſe nō determinat ad aliqō ſingulare: ſʒ ſi ē in vno ſingulari q̄ſtūʒ ē de ſe: ſibi nō repugnat eē in alio: ⁊ ita iſta nā eſt īdeterminata īdeterminatiōe ꝑuatiua ad qōlibʒ ſingulare ad hūc ſenſuʒ: q2 de ſe nō eſt determiata ad h̄ ſingulare magis q̄ʒ ad illō: ſʒ hn̄ eſt apta nata determinari. Iſta ēt nā eſt īdetermiata ad vl̄itateʒ in actu: ⁊ ipſa vt actu participata a pluribꝰ īdiuiduis nō ē vl̄is in actu: ſed ſolū in poᵃ. Vl̄e. n. in actu eſt illud qō hʒ duas conditiones. quaꝝ vna eſt: ꝙ eſt abſtractuʒ a quolibʒ ſuppoſito: ⁊ eſt vnū obiectū numero potentia ꝓxima dicibile: ⁊ ꝑdicabile de omnī ſuo ſuppoſito. h̄ aūt non ɔpetit nature: vt eſt in pluribꝰ ſuppoſitis: q2 nā vt eſt in vna exiſtentia: aut ſingularitate nō eſt idifferēs ad qōlibʒ ſingulare vt dicibilis de quolibʒ tali ꝑdicatiōe in recto: ⁊ per identitatē dicente. hoc eſt hoc: ſed ſolūmodo hoc eſt verū de

ipſa nã vt abſtracta a quolibꝫ ſingulari: ⁊ vt eſt vnũ obiectũ ĩtelligibile numero hñs aliquã vnitatẽ ſm quam põt ꝑdicari de quolibꝫ: dicẽdo ꝙ h̃ eſt ipm̃. Iſta aũt abſtractio nãe a quolibꝫ ſuppoſito fit: vel ab ĩtellectu agente: vel ab ĩtellectu poſſibili ſm diuerſas opiones de opatione ipſi⁹ vlis in actu. Scḋm aliquos.n. ĩtellect⁹ agens facit vle in actu ꝓ q̃to de fantaſmate ꝓducit ſpẽm ĩtelligibilẽ repñtantẽ obiectũ vlr ⁊ abſtracte. Et actio ĩtellect⁹ agẽtis terminaẽ ad nãm in eẽ obiectiuo abſtracto a quolibꝫ ſingulari. ⁊ talis nã in tali eẽ ẽ vlis in actu. Secundũ alios vle in actu fit ab ĩtellectu poſſibili: q2 actio ĩtellect⁹ agẽtis terminaẽ ad ſpẽm ĩtelligibilẽ abſtractã ſm eẽ: ſꝫ non abſtractã obiectiue repñtatiue: q2 primũ qḋ ꝓducitur ab ĩtellectu agente de fantaſmate in ĩtellectu poſſibili eſt ſpẽs ĩtelligibilis repñtãs ipm̃ ſingulare vagũ: vt aliq̃liter ꝓbatũ eſt ſupra.q.35.articulo 2°. cõcluſiõe 4ª. Intellect⁹ autẽ poſſibilis.cui⁹ eſt abſtrahere oẽ obiectũ: ⁊ oẽm rõnẽ ĩtelligibilẽ ĩcluſam in pmo ĩtellectu abſtrahit ipſam nãm a ꝯditiõib⁹ ĩdiuiduãtib⁹: ⁊ ꝯſiderat ipſaꝫ in ſe. ⁊ talis nã ꝯſiderata ab ĩtellectu poſſibili in tali eẽ abſtracto: dr̃ eſſe vlis in actu. h̃ eſt: eſt vnum obiectũ nũero potẽtia ꝓxima dicibile ⁊ ꝑdicabile de oĩ ſuppoſito: cui⁹ eſt nã. Secunda ꝯditio quã hꝫ vle in actu eſt actualis attributio ꝑdicatiõis ipſius nãe ad ſuppoſitum de quo ꝑdicaẽ: ⁊ talis actualis attributio (que non eſt niſi ꝯparatio ĩtellect⁹ in ipſa nã ꝑ modum ꝑdicabilis ad q̃libꝫ ſuppoſituꝫ: de quo ꝑdicatur) fit ab ĩtellectu: ⁊ eſt relatio rõnis in ipſa nã: que relatio rõnis eſt ipſa vniuerſalitas: ⁊ ĩtentio 2ª. de qua cõſiderat logic⁹. Et de iſta veꝝ eſt qḋ dicit Cõmentator in pmo de aĩa. cõmento. 8°. Intellect⁹ eſt q facit vniuerſalitatẽ in reb⁹: ſꝫ ipſa natura ſubſtrata ipſi vlitati coniuncta appellaẽ vle metaphyſicum (ꝯſiderata in tali eẽ abſtracto) q2 de ipſa cõſiderat metaphyſic⁹: de ipſa format diffõnes: de ipſa demõſtrat ꝓpꝛias paſſiões. ⸿ Ex h̃ ſeqẽ vnũ cõrꝛ̃: ꝙ cũ h̃ ꝯcretũ vle ſit ꝯcretũ dnoĩatiuũ: oꝫ aſſignare in ſignificato iſti⁹ ꝯcreti illud qḋ denoĩaẽ: ⁊ illḋ qḋ dnoĩat. Q2 oẽ ꝯcretũ ſignificans aliquã formã: ſupponit ꝑ vtroqꝫ: ⁊ pro fundamẽto: ⁊ pro forma. Fũdamentũ aũt denoĩatũ ab vlitate (q̃ eſt ĩtentio 2ª) eſt ipſa nã. forma aũt denominãs eſt ipſa vniuerſalitas: ⁊ ita vle duo ĩportat: quẽadmodũ dictum eſt. ⸿ Sꝫ eſt hic aduertẽdũ: ꝙ vlitas non attribuiẽ nature vniformiter. Nã ſm maiorẽ ⁊ minorẽ ꝯuenientiã in rationib⁹ formalib⁹ ꝯuentis in ĩdiuiduis repertã ab ĩtellectu: idẽ ĩtellectus attribuit aliã ⁊ aliã rõnuꝫ vniuerſalis: iſtis rõnib⁹ formalib⁹ ⁊ ĩtentionib⁹ pmis: de q̄bus conſiderat metaphyſic⁹. q2 enĩ ĩtellect⁹ non ꝑcipit tantã cõuenientiã ĩdiuiduoꝝ: vel ſpecieꝝ eiuſdẽ generis: q̃tã percipit in ĩdiuiduis eiuſdẽ ſpẽi. ideo attribuit cõceptui generis ſeu nature iſtã ĩtentionẽ ſcḋam vlitatis q̃ eſt gen⁹: ⁊ quia maiorẽ reperit in ĩdiuiduis eiuſdẽ ſpẽi: attribuit ſpẽi iſtã ĩtentionẽ vlitatis que eſt ſpẽs. Qm̃ hoc nomen ſpẽs eſt ĩpoſitũ ad ſignificãdã ipſam vlitatẽ ſpecificaꝫ. ⁊ h̃ eſt qḋ inq̄t Themiſtius in pmo de aĩa. ꝙ ĩtẽtio generis: ſeu hypoſtaſis: eſt collecta ex tenui ſĩlitudine ipſoꝝ ſingulariuꝫ: q2 ſingularia talis generis: vel ſpẽs ipſe hñt minorẽ ꝯueniẽtiã q̃ ĩdiuidua ſpẽi ſpecialiſſime. Ex his ſeq̄tur qḋ pmiſſuꝫ eſt: ꝙ ad rõnẽ vlis in actu req̄ritur natura ipſa que eſt actu participata in multis: ⁊ ipſa ĩtẽtio vlitatis attributa nãe per actũ ĩtellectus ꝯparãtis taleꝫ nãm vt ꝑdicabilẽ ad ĩdiuidua: de q̄bus nata eſt ꝑdicari. Et h̃ eſt qḋ inq̄t phs in pmo poſterioꝝ: ꝙ vle eſt vnũ in multis: ⁊ de multis (ſupple) ꝑdicatũ: ita ꝙ vtraqꝫ conditio req̄riẽ. Loquẽdo autẽ de nã ſubſtrata vlitatis (logice) iſti nature corꝛ̄ndet ſua ꝓpꝛia vnitas que eſt vnitas realis. minor vnitate nũali. Q2 ſit realis: ꝓbabiẽ ĩferi⁹: q2 ſit mĩor: apparet: q2 diuiſibilis ⁊ plurificabilis in plura: nõ pluralitate ſpecifica: que ſibi opponiẽ: ſed pluralitate diſpata. ſ. ĩdiuiduali: cum qua ſtat ipſa vnitas nãe. oĩs aũt vnitas in plurib⁹ plurificabilis ſeu cõicabilis eſt minor vnitate ĩplurificabili. Ex h̃ apparet tertiũ mẽbꝝ: vẽ tertia ꝯditio ꝯpetẽs vli in actu: ꝙ. ſ. tali vli in actu (formalr̃ accepto ꝓ ĩtentiõe 2ª vlitatis: que originaẽ ab ĩtellectu) corꝛ̄ndet vnitas rõnis que inſeq̄tur ipſaꝫ ĩtentionẽ ſcḋam vlitatis: ſic paſſio ſuũ ſubm̃. ⁊ de iſto vli in actu formalr̃ accepto: non ꝓ denoĩato pñt exponi oẽs auctces que dicunt vle cauſari ab ĩtellectu. ⸿ 2° pncipalr̃ eſt notãdũ: ꝙ nã ipſa cui corꝛ̄ndet vnitas ex nã rei alia ab vnitate nũerali hꝫ duplex eſſe: quoꝝ vnũ eſt in actuali exñtia: ⁊ in re (nõ enĩ eſt ſeparata ab ĩdiuiduis ⁊ ſingularib⁹ ſm eẽ.) Aliud eſſe hꝫ obiectiuũ in mente: ſꝫ tale eẽ obiectiuuꝫ põt eſſe duob⁹ modis. vno mõ in habitu. alio mõ in actu. In habitu illud hꝫ eẽ in ĩtellectu qḋ hꝫ eſſe ante actũ ĩtelligẽdi: aut ꝑter actũ ĩtelligẽdi. In actu v̄o quando actu mouet ĩtellectũ. Si loq̄mur de pmo eẽ. tale primũ eẽ dr̃ eẽ reale: ⁊ ex nã rei: ⁊ tale eẽ põt hr̃e ipſa nã per aliqḋ repñtatiuũ repñtans ipſaꝫ in eſſe abſtracto ab oĩb⁹ ſingularib⁹. ⁊ iſto mõ nos dicimus: ꝙ oẽ vle metaphyſicũ hꝫ de neceſſitate tale eẽ obiectiuũ in mente. Si loq̄mur de eẽ actuali obiectiuo: aut iſtud eẽ obiectiuum eſt añ actũ ĩtelligẽdi (eo mõ quo obiectũ mouens ĩtellectũ ordine nãe ꝑcedit actũ ĩtelligẽdi) aut ſeqẽ ipm̃: ⁊ ab eo cauſaẽ. Si pmo mõ: tale eẽ adhuc appellamus eſſe ex nã rei. q2 ſolũ dicim⁹ illud eẽ ens rõnis: qḋ dependet ab actu collatiuo ĩtellect⁹: vẽ ab actu ĩtelligẽdi in fieri: ⁊ in cõſeruari. ⁊ ſic vlis. ⁊ nã ipſa pñt ẽt hoc mõ hr̃e ex nã rei eẽ obiectiuũ. Si 2° mõ accipiẽ: vt ſeqẽ actũ ĩtelligẽdi et cauſaẽ ab ipſo: eo mõ quo cauſanẽ ĩtentões ſcḋe ⁊ figmẽta: Iſto mõ q̃libet tale eſt ens rõnis: ⁊ non dicim⁹ nãm ipſam hr̃e tale eẽ. Ex quo ꝯcludim⁹ ꝙ ipſa nã vt in ſingularib⁹ hꝫ vnitatẽ ex nã rei: eadẽ nã vt in eẽ obiectiuo in ĩtellect⁹ in habitu: aut in actuãte actũ ĩtelligẽdi: dr̃ etiã hr̃e vnitatẽ ex nã rei. Hãc diſtictionẽ eẽ obiectiui poſui etiã ſupi⁹ in quadã alia queſtiõe. ⁊ in tractatu nr̃o de formalitatib⁹. ⁊ alibi diffuſe. ⸿ 3° eſt notãdũ: ꝙ duplex ẽ ĩdetermĩatio nãe. Una eſt ĩdetermĩatio ꝑuatiua. alia eſt ĩdeterminatio poſitiua. Indetermĩatio ꝑuatiua eſt: ſm quã nã nõ eſt determĩata: ſꝫ eſt apta nata determinari. ⁊ iſto mõ dicim⁹ ꝙ nã ex ſua rõne formali nõ ẽ determĩata ad ſinglaritatẽ: ſibi tñ nõ repugnat ex rõne ſua formali determĩari. Cõſimilẽ ĩdetermĩationẽ ꝑuatiuã ponim⁹ in ipſa nã reſpcũ vlitatis. Nõ.n. ẽ determĩata ex ſua rõne formali ad ipſaꝫ vlitatẽ. que eſt ab ĩtellectu agẽte: aut poſſibili. ẽ tñ de ſe apta nata determĩari. vñ iſta duo eẽ: qḋ eſt eẽ vle: ⁊ ſingulare: ꝯpetunt ipſi nãe ꝑ accñs: ⁊ ꝑ aliqḋ extriſecũ. ſingularitati.n. ꝯiũgiẽ a gñãnte. vlitati aũt ab ĩtellectu agẽte. vẽ poſſibili ꝯcurrẽte obiecto in fantaſmate. Et h̃ ẽ qḋ inq̄t Aui. i. 5° metaphy. eq̄nitas ẽ tm̃ eq̄nitas: neqꝫ vlis: neqꝫ ꝑticularis: nec ĩ aĩa: nec ex aĩam: qḋ ĩtelligẽdũ eſt de ipſa eq̄nitate ſꝫ rõnẽ ſuã q̄ditatiuã ſm quã eſt ĩdetermĩata ſꝫ q̃libꝫ iſtoꝝ eẽ. 2ª ĩdetermĩatio pncipalis: quã hꝫ ipſa nã: dr̃ ĩdetermĩatio poſitiua ⁊ ꝯ̄ria determĩatiõi ſingularitatis: q̃ ĩdetermĩatio eſt talis: ꝙ nã nõ tm̃ nõ eſt determĩata ꝑ ſingularitatẽ: veꝝ etiaꝫ hꝫ eẽ abſtractũ oĩno a q̃libꝫ ſingularitate v̄tute ĩtellect⁹ agẽtis aut poſſibilis: ⁊ iſtud eẽ abſtractũ a q̃libꝫ ſingulari appellaẽ ĩdeterminatio poſitiua ⁊ ꝯ̄ria: que ĩdetermĩnatio de neceſſitate req̄riẽ ad h̃ ꝙ ipſa natura ſit vlis in actu: q2 vle in actu ẽ illud qḋ hꝫ ĩdifferẽtiã ad q̃libꝫ ſingulare. Nũq̃ aũt nã: aut quodcũqꝫ obiectuꝫ põt habere

talē īdifferētiā:q̄diu ɔcipit̄ in aliquo ſingulari: q₂ vt in
ſingulari nō eſt idē oīb⁹ aliqs:ſ₃ ꝓciſe illi in quo ɔcipitur.
Ergo ad hoc ꝙ nā ſit ɔplete vl'is in actu: oꝫ ꝙ bēat eſſe
abſtractū ab oīb⁹ ſingularib⁹. Ex quo ſeq̄t̄ ꝙ p̄ma īdeter
minatio q̄ eſt ꝓuatiua nō ſufficit ad h̄ ꝙ nā dicat̄ eē vl'is
in actu:ſ₃ cū illa reqrit̄ 2ª q̄ eſt poſitiua. ¶ 4° ⁊ vltio no
tādū eſt ꝙ triplex ē opio ſequaciu₃ Docto. ſubti. de ipſa
vnitate nāe. Primi dicūt nā₃ nō h̄re ī ſingularib⁹ aliquā
vnā vnitatē poſitiuā: ſ₃ ꝓciſe ꝓuatiuā. ¶ Pro q̄ ē nōn͂
ſm̄ iſtos: ꝙ vnitas poſitiua ē: ſ₃ quā aliqd̄ vnū actu ⁊ po
ſitiue ē vnū. ſic ꝙ ē in ſe īdiſtictū: ⁊ diſtictū a q̄libꝫ alio.
Unitas ꝓuatiua ē vnitas ſ₃ quā aliqd̄ vnū nō h₃ vnita/
tē, ꝑpter aliq̄ extrīſeca diſtīguētia ⁊ diuidētia ipꝫ: tn̄ cir/
cūſcriptis ipſis diſtinguētib⁹: natū eſt h̄re ꝓpriā vnitatē
eo mō q̄ dicim⁹: ꝙ mā p̄ª in oīb⁹ gn̄abilib⁹ ⁊ corruptibi/
lib⁹ nō h₃ vnā vnitatē: neq₃ eſt vna: q₂ mā ſoꝛ. diſtinguit̄
loco ⁊ ſiibo a mā Pla. ⁊ h̄ ē ꝑpter formas diuerſas ɔ̄bēn
tes ⁊ diuidētes iſtas mās: circūſcriptis tn̄ formis diui/
dētib⁹ ⁊ diſtiguētib⁹: mā Soꝛ. ⁊ mā Plato. eēnt vna nu/
mero. ⁊ ſ₃ h̄ pōt itelligi qd̄ dicit Ar. p̄ phyſi. ⁊ p̄ de gene/
ratione: Q₂ mā ē vna nūero oiu₃ gn̄abiliu₃ ⁊ corruptibi/
liū: nō qdē vna numero poſitiue: ſ₃ ꝓuatiue: q₂ circūſcri/
ptis formis diſtinguētib⁹ ipſam h̄ret mā vnitatē ꝓpriā
ſibi ɔpetentē: ſm̄ h̄ dicūt iſti ſeq̄ntes Doc. ſubtilē: ꝙ nā
in multis nō h₃ aliquā vnitatē poſitiuā: ſ₃ tn̄ ꝓuatiua₃.
nō qdē poſitiuā: q₂ diſtiguit̄ ⁊ numerat̄ nā ꝑ dr̄ias īdiui
duaīes ɔ̄hētes ipſa₃ ad diuerſa eſſe ſingularia. penes q̄s
dr̄ias eſt alia ⁊ alia: in alio ⁊ in alio ſingulari: ſ₃ iſta alie/
tas ⁊ diſtictio eſt tn̄ ꝑ extrīſeca: q₂ circūſcriptis iſtis dif
ferētys ɔ̄hētib⁹ ipſa ſimplr̄ remaneret vna. ⁊ h̄ ſaltē ad
imaginationē. ¶ Altera opi. ſcotiſtaꝝ eſt: ꝙ nā in ſingu/
lari p̄ter vnitatē numeralē h₃ aliā vnitatem poſitiuā ex
nā rei circūſcripto oī ope itellect⁹: que vnitas ɔpetit ipſi
nāe: vt ē in oīb⁹ īdiuiduis: nec eſt īcōueniēs ſm̄ iſtos: ꝙ
vna nā h̄ns vnā vnitatē poſitiuā diſtiguat̄ ⁊ numeret̄ in
pluriб⁹ īdiuiduis: q₂ l₃ cū vnitate nāe nō ſtet multitudo
oppoſita tali vnitati. pōt tn̄ cū tali vnitate ſtare multitu
do oppoſita vnitati maioꝛi: q̄ mltitudo eſt diſꝑata reſpe/
ctu vnitatī nāe: ⁊ nullo mō ei oppoſita. Neq₃ ſeq̄t̄: ꝙ nā
iſta vna ſic plurificata in plurib⁹ dicatur eē ſilis vnitati
nāe diuine: ꝑpter tres dr̄ias. p̄ª dr̄ia eſt: q₂ nā diuina ſm̄
ꝓpriā vnitatē determiat̄ ad exn̄tiā. ⁊ eſt ō ſe exn̄s ꝑ eēn/
tiā. Nā aūt creata nō determiat̄ ad exiſtere neq₃ ad non
exiſtere: ſ₃ abſtrahit ab vtroq₃. ſi. n. determinaret̄ ad exi
ſtere: eēt de ſe: ⁊ ꝑ eſſentiā exn̄s. ſi ad nō exiſtere: eēt ipoſ
ſibile ipſam eē: qd̄ eſt falſu₃. Scd̄a dr̄ia eſt: q₂ nā diuina
eſt īplurificabilis in plurib⁹. ſi ē in plurib⁹ ſuppoſitis: eſt
ſine diuiſiōe ⁊ nūeratiōe ſui. Q₂ vna nnmero ē in trib⁹:
ſ₃ nā creata ē plurificabilis ⁊ diuiſibilis ī plura. Tertia
dr̄ia eſt: q₂ ſuppoſitū nāe diuīe nō participat nām dinā:
ſ₃ totā in ſe ɔ̄phēdit: ⁊ appellat̄ ſuppoſitū ꝑ eēntiā: q₂ to/
tā eēntiā diuinā in ſe ɔ̄phēdit. ſuppoſitu₃ aūt nāe create
ē ſuppoſitū ꝑ participationē nāe create: que nā eſt alia ⁊
alia: alietate nūerali in plurib⁹ ſuppoſitis ⁊ ſingularib⁹.
¶ Tertia opio ē aliquoꝝ dicētiū: ꝙ nā creata h₃ vnita/
tē ⁊ entitatē poſitiuā ex nā rei: preter vnitatē nūeralē: q̄
vnitas alia ē in nā ſortis: ⁊ alia in nā plato. ita ꝙ in duo/
bus īdiuiduis nō tn̄ ſunt due vnitates ſingulares: verū
ēt due vnitates nāe. ¶ Q₂ ſi tu dicas. Oīs vnitas q̄ ē p̄re
ter vnitatē ſingularē eſt vnitas ſpecifica. Si ḡ in Soꝛ. ⁊
plato. ſit alia ⁊ alia vnitas nāe. ḡ in Soꝛ. ⁊ plato. erit alia
⁊ alia vnitas ſpecifica. ⁊ ſic ſortes ⁊ pla. diſtinguūtur ſm̄
ſpēm. ¶ R̄ndet̄ ꝙ aliqd̄ h̄re vnitatē nāe ſpecifice diſti
ctā ab alia vnitate ſpecifica pōt eē duob⁹ modis. vno mō
in ſe ⁊ itriſece. alio mō ꝑ acciñs ⁊ extriſece. Nā in ſorte ⁊
plato. nō h₃ diuerſas vnitates ex ſe: ⁊ ex nā itrinſeca: ſ₃ ꝑ
acciñs: q₂ ꝑ dr̄ias īdiuiduales diuidētes ⁊ diſtinguentes
ipſam nām. Mō illud qd̄ h₃ aliā ⁊ aliā vnitatē ꝑ aliqd
extrinſecū diuidēs ipꝫ: nō dr̄ diſtingui ſm̄ ſpēm: ſi talis
vnitas dicat̄ eē ſpecifica. ſ₃ ſolū illō qd̄ h₃ alia₃ ⁊ aliam
vnitatē nāe ſpecifice ex ſe: ⁊ ex ſua rōne formali. Jō hō ⁊
aſin⁹ diſtiguūtur ſm̄ ſpēm. Nō aūt Soꝛ. ⁊ Plato vt dcm̄
eſt. Q₂ circūſcriptis a Soꝛ. ⁊ platone ad imaginationem
differētys īdiuidualib⁹ diuidētib⁹ ipſa₃ nām: talis natu
ra non h̄ret diſtinctas vnitates: ſ₃ preciſe vnā. ḡ cōpetit
ſibi per accidēs: ⁊ nō per ſe ꝙ habeat diſtictas vnitates:
¶ Que aūt iſtarum trium opinionu₃ ſit verioꝛ: ⁊ magis
ad mentē Doct. ſubtilis. Exiſtimo ꝙ prima ⁊ tertia ſint
magis ad mentē ipſius.

Quantum ad ſcd̄m articulū in q̄ōne: pono q̄tuoꝛ ɔclones. p̄ma eſt hec (Quomodocūq₃
det̄ vnitas nature: ſiue vno mō: ſiue alio) p̄ter vnitatem
numeralē reale₃: dat̄ in ſingulari aliq̄ vnitas nāe realis
minoꝛ vnitate numerali. Et ad h̄ adducunt̄ nouē rōnes.
¶ Prima ratio adducēda eſt talis. Natura lapidis ha/
bet aliquā vnitatē realē aliā ab vnitate numerali. ergo
vnitas nāe que eſt in lapide realis: nō eſt vnitas numera
lis. ɔ̄ña eſt euidēs: antecedēs aūt ꝓbatur. Accipio nā₃ la
pidis que eſt in hoc lapide: aut iſta nā eſt talis: ꝙ ex ſua
rōne formali ſibi repugnat plurib⁹ cōmunicari: aut non.
Si dicas p̄mū. ergo nō poterit natura que eſt in lapide
itelligi ſub rōne cōmunicabilis. aut vl'is ſine ɔ̄dictione.
Probat̄ ɔ̄ſequētia: quotieſcūq₃ aliqd cōcipit̄ ſub modo
ɔcipiēdi ſibi repugnāte ille ɔcept⁹ eſt falſus: ⁊ implicans
ɔ̄dictionē: ⁊ eſt ratio in ſe falſa: ⁊ de omni falſa: et de ipſa
nihil pōt vere affirmari: ex ſentētia Ariſt. 5. metaphyſ. ce.
cap°. de falſo. S₃ ita eſt in ꝓpoſito. Q₂ iſta natura eſt de
natura ſua īcōmunicabilis: ⁊ itelligitur vt cōicabilis. er
go ratio iſta ſiue ɔcept⁹ quo cōcipitur vt cōicabilis erit
falſus. Et confirmatur: ſicut ɔceptus ille eſſet falſus ipli/
cans ɔtradictionē: quo ɔciperet̄ deus ſub rōne vniuerſa
lis: aut diuiſibilis in plura: ita in ꝓpoſito. ¶ Itex cōfir/
matur: ſicut itelligere hoīem irrationalē eſt ɔcept⁹ ipli/
cans ɔtradictionē. Sic in ꝓpoſito. Cum modus cōcipiē
di repugnet nature: ex modo ɔcipiēdi ⁊ ex natura conce
pta fiet vnū in itellectu aggregatū ex duob⁹. quoꝝ vnū
alteri repugnat. Si vo detur ſcd̄m: ꝙ nature ex ſua rōne
formali: nō repugnat plurib⁹ cōmunicari. ⁊ hoc circūſcri
pto omni actu itellect⁹. Singularitati aūt cuicūq₃ ex na
tura ipſi⁹ repugnat plurib⁹ cōmunicari. ergo nā circūſcri
pto omni ope itellect⁹ diſtinguitur a ſingularitate. Sed
vnicuiq₃ enti corr̄ndet ꝓpa vnitas. ergo iſti nature cor/
reſpōdebit vnitas realis alia ab vnitate numerali. An/
tecedēs iſti⁹ vltime ɔ̄ſequētie declarat̄. Quia multipli/
cato ſubiecto: multiplicat̄ paſſio. ergo ſi nā eſt diſtinctū
ens a ſingularitate: ⁊ hoc ex natura rei: ſequitur ꝙ etia₃
vnitas ſ̄equēs naturā diſtinguatur ab vnitate numera/
li. ¶ Secundo ꝓncipalr̄ arguitur. Unius actiōis in ſen
ſum eſt vnū obiectū ſm̄ aliquā vnitatē realē. S₃ iſta eſt
alia ab vnitate nūerali. ergo datur alia vnitas realis ab
vnitate nūerali. maioꝛ eſt manifeſta. Quia actio ſenſus
vel ipſa ſenſatio terminat̄ ad al'qd vnū: qd vnum nō po
teſt eē ſm̄ rōnē ⁊ itellectū: cu₃ tale vnū ꝓcedat ⁊ actū ſen
ſus: ⁊ actū itellectus. minoꝛ autē ꝓbat̄. Sub illa vnitate
obiectū ſenſus termiat actū ſentiēdi: ſub qua mouet ipꝫ
ſenſum: ſ₃ mouet ſub rōne nāe: ⁊ nō ſub rōne ſingularita
tis. Probat̄ hoc: q₂ illud eſt ꝓnᵐ formale agendi in quo
agens aſſimilat ſibi paſſum. hoc eſt ꝓncipium apud oēs
ph̄os: ⁊ apud ſanctū Thomā. ſed agēs aſſimilat ſibi paſ/
ſum ſub ratione nature: ⁊ nō ſub ratione ſingularitatis:

vt etiã ↄceditur ab aduerſarijs. ergo nã eſt ṗncipiũ agendi: tã in actiõe reali: q̃ȝ in actione itentiõali in ſenſuȝ. Ex hoc arguiť: ſicut ṗncipiũ agendi in ſenſum eſt ipſa nã: ita ratio terminãdi actũ ſenſus eſt ipſa nã. Probo hᷓ dupľr. Prĩo. gnãtio vniuoca hȝ pro ṗncipio formali ⁊ termino formali aliqd eiuſdẽ rõnis: q2 generatio vniuoca eſt illa in qua ṗncipiũ formale ⁊ termin⁹ formalis ſunt eiuſdeȝ rationis: ſȝ gnãtio ↄceptus in mẽte. ⁊ etiã in ſenſu eſt aliqualr vniuoca: qḋ ꝓbať ex ſentẽtia Ar. 7. metaphy. tex. ↄmẽti. 30. qui vult gnãtionẽ domus extra a domo ĩ mẽte eẽ vniuocã. ergo ſimilr gnãtio vel ꝓductio obiecti in ſenſu erit vniuoca. g̊ ſi principiũ formale iſtius actionis erit nã: ⁊ termin⁹ formalis etiã erit natura: vt diſtinguitur a ſingularitate. Ex hoc arguiť ſic. qḋ eſt ratio terminandi actionẽ ſenſus ex nã rei circũſcripta ſingularitate eſt aliqḋ ens reale habẽs vnitatẽ realẽ: ſȝ natura eſt hᷓ. ergo nã habebit vnitatẽ realẽ aliã ab vnitate ſingulari. Scḋo ꝓbať idẽ (vȝ. ꝙ ratio terminãdi actuȝ ſenſus ſit ipſa nã) ſic. Sub ea rõne aliqd terminat actũ ſenſus: ſub qua cognoſciť. Sȝ obiectuȝ ſenſibile non cognoſciť ſub rõne ſingularitatis: ſȝ ſolũ ſub ratione nature. g̊ ⁊c̃. Maior eſt manifeſta: minor aũt ꝓbať: q2 obiectuȝ ſenſibile ſm ꝓpriã vnitatẽ numeralẽ non cognoſcitur a ſenſu: neq̧ ab itellectu: q2 circũſcripto ſitu: loco. ⁊ alijs que adueniunt a poſteriori ipſi ſingulari: ſi ſingularia ſunt ſimillima: nulla iſtaꝝ potentiaꝝ diſtinguit vnũ ab alio: ſed tñ cognoſciť ſm aliquã vnitatẽ. ergo ſm aliã vnitatem ab vnitate numerali. ¶ Et ↄfirmať: Q2 neq̧ ſenſus: neq̧ itellect⁹ cognoſcat ſingulare ſub ꝓpria rõne ſingularitatis: q2 detur oppoſitũ. ergo ſenſus ⁊ itellectus cognoſcũt ipm obiectũ ſm conceptũ ſibi ꝓpriũ: ⁊ alteri icompoſſibilẽ: ſed quecũq̧ potẽtia ſic ↄprehẽdit obiectũ: diſtiguit illud a quocũq̧ alio. ergo poterit talis potẽtia diſtinguere tale obiectũ: ſȝ hoc eſt falſum. igiť illud ex quo ſeqtur. Hec ratio videbiť magis in. 7. metaphyſi. (dño ↄceden te) vbi fundabiť efficacioꝛib⁹ fundamẽtis. ¶ Itẽ arguitur tertio ṗncipalr. Menſura ṗma alicui⁹ generis habȝ aliquã vnitatẽ realẽ: ⁊ nõ niſi aliã ab vnitate numerali. ergo ↄclõ vera. Añs probať. ¶ Preſupponẽdo ṗmo ꝙ Ar. 10. metaphy. tex. ↄmẽti ſecũdi ⁊ tertij. ꝓbat ꝙ ratio menſure maxie ↄpetit vni: ſeu vnitati: ita ꝙ vnitas ẽ cõditio itrinſeca mẽſure: ⁊ ratio mẽſurandi. ¶ Preſupponitur ſcḋo: ꝙ ens reale non põt menſurari ab ente rõnis: qḋ ꝓbatur: q2 cũ mẽſuratũ depẽdeat a mẽſura eſſentialiter (ſi ſit mẽſura in genere: eo mõ quo loqtur Ar. in. 10. metaphyſi.) ⁊ ens reale non põt depẽdere eſſentialr ab ente rõnis. ergo ſi mẽſuratũ eſt reale: ⁊ mẽſura eſt realis. ¶ Preſupponiť 3° ꝙ iter idiuidua eiuſdẽ ſpẽi nõ eſt ordo eẽntialis. hoc pȝ de mẽte Ar. 3° metaphy. tex. ↄmẽti xi. vbi in hoc ↄcordat cũ Pla. Nec valet qḋ dicit Cõmẽ. ꝙ iter indiuidua eiuſdẽ ſpẽi non eſt ṗus ⁊ poſteri⁹. poſterius inquã. qḋ ↄſtituatur per ṗus. Quia hoc nõ eſt ad intentionẽ Ariſt. qui vult aſſignare rõnẽ ꝓpter quaȝ Pla. ponebat ydeã ſpẽi ſpecialiſſime: ꝑ cui⁹ participationẽ indiuidua erãt illud qḋ ſunt: ⁊ non ponebat ydeã generis. Ratio ipſius erat: q2 in ſpẽb⁹ eſt oꝛdo eẽntialis: propter quẽ poſteri⁹ põt reduci ad ṗus. In idiuiduis aũt non eſt talis oꝛdo: ⁊ ideo idiuidua hñt reduci ad ydeã ſpẽi: ſicut ad ṗus: cuius participatiõe habẽt eſſe. ¶ His ſtãtib⁹ arguiť ſic. Illud qḋ eſt ṗma mẽſura generis (vt ṗma menſura) eſt aliqḋ vnũ vnitate reali: ⁊ nõ eſt vnũ vnitate numerali. ergo dať alia vnitas realis ab vnitate numerali. ↄñtia eſt euidẽs: ⁊ antecedẽtis ṗma pars eſt nota ex primo ſuppoſito: ⁊ etiã ex ſcḋo (Sicut eni mẽſura a qua depẽdet ens reale eſt realis: ita oĩs cõditio que cõpetit ſibi in eo ꝙ mẽſura erit realis. Sed cõditio mẽſure eſt ipſa vnitas. ergo iſta vnitas erit realis.) ſecũda pars antecedẽtis apparet ex vltimo. Nã ṗma mẽſura generis nõ eſt aliqd ſingulare: dicẽte Ar. ꝙ in iſtis non eſt ṗus ⁊ poſterius. ergo erit alia vnitas ab vnitate numerali. ¶ Item arguiť quarto. Forme ſm quaȝ proprie eſt cõparatio eſt vnitas realis: ⁊ iſta eſt alia ab vnitate numerali. ergo ꝓpoſitũ. Antecedẽs probať pro ṗma parte: certuȝ eſt ꝙ nihil vnuȝ ⁊ idẽ comparať ſibi ipſi. opȝ eni ꝙ illud ſm qḋ ſit cõparatio ſit aliqḋ in diuerſis: ⁊ ſi ſȝ iſtud ſit comparatio ſm equalitatẽ aut ſimilitudineȝ maxie eẽntialem oȝ ꝙ tale per qḋ ſit cõparatio ſit vnũ: ⁊ habeat vnitatem vt ꝓbať iferi⁹. Iſta aũt vnitas non põt eẽ rõnis. Nam ſi iſta vnitas eẽt rõnis: ſequereť ꝙ ſicut ſit ↄparatio ſcḋm Ar. 7. phyſi. in ſpẽ ſpecialiſſima: ita poſſet fieri in genere: Qḋ ꝓbať. Nõ minus genus eſt vnũ vnitate rõnis in itellectu: ⁊ vnũ itelligibile numero apud itellectũ q̃ȝ ſit ſpẽs ⁊ forma ſpecifica. ergo ſi illud in quo ſit ↄparatio ſit vnũ vnitate rõnis: ita ꝙ iſta vnitas ſufficiat: non magis erit cõparatio in ſpẽ q̃ȝ in genere. Sȝ hoc ↄñs eſt ↄtra itentioneȝ Ar. ergo ⁊c̃. Scḋa pars añtis pȝ. Nihil ꝓprie ↄparať ſibiipſi. neq̧ idẽ ꝓprie eſt ſile ſibiipſi. g̊ ↄparatio nõ ſit reſpectu alicui⁹: qḋ ſit vnũ ⁊ idẽ numero: ⁊ tale de neceſſitate hȝ aliquã vnitatẽ. g̊ hȝ aliã vnitatẽ ab vnitate numerali. ¶ Itẽ arguiť qnto. Siĺitudo: eq̃litas: identitas ſunt relatiões reales. ergo hñt fundari ſuꝑ aliquod vnũ reale: q2 nõ maioris entitatis eſt fundatũ q̃ȝ fundamentũ. Aſſũptũ ꝓbať: Q2 iſte relatiões cũ ſint equiparantie fundãtur imediate ſuꝑ vnũ: ſicut ꝓximũ ⁊ imediatũ fundamẽtũ: vt habȝ ꝑ pħs. 5. metaphy. cap. de ad aliqd. ſȝ iſtud vnũ nõ eſt aliqd vnũ numero: q2 ſiĺitudo ſpecifica ſimilr idẽtitas. nõ poſſunt fundari ſuꝑ vnitateȝ ſingularis: ſȝ ſuꝑ vnitatẽ nãe in ſpẽ: q2 ſingulare inq̃tuȝ ſingulare eſt: ⁊ ꝑ rõneȝ ſingularitatis eſt oĩno diuerſum ab alio. Iſta aũt vnitas nãe que eſt realis: vt ꝓbatũ eſt: ẽ alia ab vnitate numerali. g̊ ꝓpoſitum. ¶ Q2 ſi tu dicas vt dicit Herueus: ꝙ eſt vnitas ↄformitatis: q2 vnũ ſingulare eſt cõforme alteri ſingulari in eadẽ ſpecie: ⁊ nõ ſingulari alteri⁹ ſpẽi: que ↄformitas fundať in vno: ⁊ termiať in altero. ¶ Cõtra hoc arguiť. Quecũq̧ mutuo referunť: referũtur relatiõib⁹ fundatis in ipſis formalr. Sed duo idiuidua eiuſdẽ ſpẽi. dicunť ſiĺia ſiĺitudie mutua. g̊ qḋlibet iſtoꝝ fundat in ſe ſiĺitudinẽ. ſiĺitudo aũt iſta fundať in aliq̃ vnitate. aut g̊ fundabiť in vnitate numerali: aut in aliq̃ alia vnitate. Nõ eſt dicẽdũ ṗmũ: q2 in ſingularitate (vt ſingularitas ẽ) talia idiuidua ſunt oĩno diſſiĺia. g̊ fundabiť iſta ſiĺitudo in aliq̃ alia vnitate ab vnitate nũerali. ⁊ cũ iſta ſiĺitudo ſit realis (q2 hȝ eẽ circũſcripto omni ope itellect⁹) ſeqť ꝙ ↄclõ erit vã. ¶ Iteȝ ſexto arguiť. Si oĩs vnitas realis ẽ nũeralis. g̊ oĩs diuerſitas realis erit nũeralis. Cõſequẽtia ꝓbať. Idẽ. n. ⁊ diuerſũ ſunt imediate oppoſita. ex. 10. metaphy. ⁊ quot modis dř vnũ oppoſitoꝝ: tot modis dř ⁊ reliquũ. ex ꝑ thopicoꝝ. g̊ quot modis diceť vnũ: tot modis diceť diuerſuȝ: qḋ ſibi opponiť (idẽ. n. iportat idẽ qḋ vnũ) g̊ ſi oẽ vnũ reale ẽ nũerale. oẽ diuerſuȝ erit nũerale. Probať ẽt eadẽ ↄña: q2 vnũ eſt illḋ qḋ ẽ idiſtictũ in ſe: ⁊ diſtictũ ab alio. g̊ eo mõ quo aliqd ẽ vnũ: erit ab alio diuerſuȝ. Falſitas ṗncipalis ↄſequẽtis ꝓbať: Q2 ſi oĩs diuerſitas realis eſſet numeralis. g̊ oĩa diuerſa realr: eq̃liter differrẽt. ↄñs eſt euidẽter falſuȝ: ⁊ ↄña ꝓbať. Ubicũq̧ ṗn° ſũt eq̃lia ⁊ eq̃lr diſtictiua: ibi ẽ eq̃lis diſtictio: ſȝ vnitates nũerales ſũt ṗn° diſtictiua reſpcũ diuerſitatis nũeralis: ⁊ iſte vnitates ſũt eq̃les in oĩbus ſingularibus: ⁊ equalr diſtinctiue. ergo diuerſitas prouenies ab iſtis vnitatibus erit equalis. minor ꝑ

ꝑma parte pȝ. pro ſecūda ꝓbatur. Non enim vna vnitas numeralis eſt maioꝛ aut mioꝛ alia vnitate numerali: cū eque ſit quelibȝ icōmunicabilis ⁊ idiuiſibilis realr̄ ⁊ extra itellectū. ergo vna non magis diſtinguet ꝙ̄ reliqua. ¶ Et ſi tu inſtes. Si. n. iſta ꝓpō aſſumpta ſit vera (ꝗcūq̄ ꝑncipia diſtictiua ſunt eq̄lia ⁊c̄.) ſequit̄ ꝙ diuerſitas nūeralis erit maxia diuerſitas: qꝛ ſupta illa maioꝛe addo minoꝛē: ſȝ vnitates ille nūerales ſunt maxie vnitates in ſe: ⁊ reales. ḡ diuerſitas corrn̄dens iſtis vnitatibꝰ erit maxie diuerſitas: qđ eſt falſuȝ. ¶ Ad h̄ rn̄det̄: ꝙ maioꝛ ſic hȝ itelligi. Quecūq̄ ꝑnª diſtinctiua ſunt eq̄lia: ⁊ eq̄liter diſtictiua: diuerſitas corrn̄dēs ꝓportiōabilr̄ iſtis ꝑncipijs diſtinctiuis eſt eq̄lis. Sȝ tūc dico ꝙ vnitates iſte nūcrales nō ſunt ꝑncipia diſtinctiua maxia diſtinctiōe: ſȝ ſolū diſtinctiōe numerali: que ꝓportiōabilr̄ iſtis ꝑncipijs corrn̄det. Unde bn̄ ſeq̄t̄ ꝙ ſi ꝑncipia iſta diſtinguāt ⁊ ſint eq̄lia: ⁊ equalr̄ diſtinctiua: diuerſitas illa que inſequit̄ iſta ꝑncipia (ꝗliſcūq̄ ſit) in gradu ſuo erit eq̄lis: qꝛ vbi eadē cauſa ⁊ eque ꝑfecta: ibi idē effectꝰ: ⁊ eque perfectus. ¶ Itē 7º arguit̄ ad ꝯclōnē ꝑncipalē. Nulla vnitas realis amouet̄ ab aliq̄bus: niſi illa icludāt aliquā diuerſitatez oppoſitā tali vnitati. Iſta ꝓpō ꝓbatur: qꝛ oppoſitum nō remouet̄ ab aliquo: niſi per aliud oppoſituȝ: aut ꝑ p̄ſentiā eiꝰ: ſȝ ita eſt: ꝙ idiuidua eiuſdez ſpēi non includūt aliquā diuerſitatē extra intellectū oppoſitā vnitati nature ſpecifice. ḡ ab iſtis numeralr̄ diſtinctis: nō remouebit̄ vnitas nature extra itellectū. maioꝛ ꝓbata eſt: minoꝛ de ſe pȝ: qꝛ diuerſitas aliquoꝝ eiuſdē ſpēi eſt diuerſitas numeralis. Iſta aūt diuerſitas non opponit̄ vnitati nāe ſpecifice: ſed ſolū vnitati numerali. Et ꝯfirmat̄ iſta ratio. Quecūq̄ non ſunt diſtincta neq̄ diuiſa extra itellectū: neceſſario ſunt idiſtincta ⁊ idiuiſa extra itellectuȝ. Iſta ꝓpoſitio pȝ. Sed idiuidua eiuſdē ſpēi ſunt indiſtincta ⁊ idiuiſa extra itellectuȝ in eadez ſpē: qꝛ circūſcripto omni ope itellectꝰ Soꝛ. nō diſtinguit̄ ſpē a Platone. ergo iſta ſunt idiſtincta ⁊ idiuiſa extra itellectū: ſȝ ois idiuiſio ⁊ idiſtinctio p̄ſupponit vnitatē. ḡ iſta indiuidua eiuſdem ſpēi habebūt aliquā vnitatē extra itellectū. ¶ Itē arguit̄ octauo ad ꝑncipale. Diuerſitas maioꝛ ſupueniēs diuerſitati minori remouet aliquā vnitatē extra intellectū: quā minoꝛ remouere nō pōt. Iſta ꝓpō pȝ: qꝛ imperfectuȝ non pōt in effectū cauſe ꝑfectioꝛis: ſȝ diuerſitas ſpecifica remouet vnitatē ſpecificā extra itellectū: ⁊ iſta eſt minoꝛ diuerſitate numerali. ḡ diuerſitas numeralis extra itellectū nō poterit remouere vnitatē ſpecificaȝ ſine diuerſitate ſpecifica. ⁊ per ꝯn̄s cū diuerſitate numerali: ſtat vnitas nāe ſpecifice extra itellectū. ¶ Item nono ⁊ vltio arguit̄. Quecūq̄ diſtinguunt̄ realr̄: ⁊ non ſm̄ oēm rationē icluſam in eis: habent aliquā vnitatē realr̄. Iſta ꝓpoſitio pȝ: qꝛ ſi a. ⁊ b. diſtinguunt̄ realr̄ ⁊ nō ſm̄ omnez rōnē icluſaȝ in eis: ꝯueniūt in aliqua vna rōne: ⁊ ſi nō diſtinguunt̄ realr̄: ꝯueniunt realr̄. Sȝ idiuidua eiuſdē ſpeciei diſtinguunt̄ realr̄: ⁊ nō ſm̄ oēm rōnem icluſaȝ in eis. ḡ ⁊c̄. Probat̄ minoꝛ ꝑmo. Quia exēpli grā. Soꝛ. extra itellectū nō diſtinguit̄ a Platone iquantū hō: qꝛ ſi ſic. ergo ois hō diſtigueret̄ a Platone: Qꝛ ly iquantū. reduplicatiue tentū: ifert vl̄e. ꝯn̄s eſt falſum. igit̄ ⁊ añs. Probat̄ ſcđo eadē mioꝛ. Nulla ratio eſt diſtinctiua alicuiꝰ ab aliquo: qđ non cadit ſub ꝯdictoꝛio illiꝰ (ſicut albedo nō diſtinguit albū: niſi ab eo qđ cadit ſub non albo) ergo hūanitas in ſoꝛte non diſtinguet Soꝛtē ab aliquo: niſi cadat ſub ꝯdictoꝛio hoīs. ſ. ſub non hoīe: ſȝ Plato nō cadit ſub non hoīe: nec eſt verꝝ ꝙ ſit non hō. ḡ humanitas in ſoꝛte non diſtinguet ſoꝛtē a Pla. ergo Soꝛtes ⁊ plato ſunt idiſtincti in hūanitate. ¶ Alie rationes poſſent adduci ad hāc eandē ꝯclōnē ꝓbandā: quas (gratia breuitatis: ⁊ ne multitudo rōnum faſtidiū afferat) omittimꝰ. ¶ Secūda cōcluſio ꝑncipalis eſt iſta. Unitas nāe eſt realis: non tm̄ vt habȝ eſſe extra itellectū in ſuis ſingularibꝰ: veruȝ etiā vt habȝ eē in itellectu obiectiue. ¶ Hec ꝯcluſio declaratur ꝑmittēdo duas ꝓpōnes. ꝑma eſt ꝙ aliq̄d habet eſſe duobꝰ modis. vno mō extra itellectuȝ oīno. alio mō in itellectu. In itellectu aūt duobꝰ modis. vno mō ſubiectiue. alio mō obiectiue. Subiectiue: ſicut actꝰ itelligendi: habitꝰ: ſpēs itelligibilis. Obiectiue adhuc duobꝰ modis. vno mō habitualr̄ ⁊ ꝑmo. Alio modo actualr̄ ⁊ ſecūdario. Pꝛio mō: ſicut obiectuȝ in ſpē que nō actualr̄ mouet itellectū: ſed eſt in poª ꝓxia ad mouenduȝ. 2º. mō qn̄ ipſa ſpēs actu mouet itellectū. Obiectū in ſpē dr̄ habere eſſe actualr̄ in itellectu obiectiue. Sed iſte ſcđs modus adhuc ſubdiuidit̄: qm̄ aliq̄d hȝ eſſe obiectiuū actualr̄ in itellectu ante actū itelligēdi ſaltē oꝛdie nāe. Aliq̄d habȝ eſſe poſt actū itelligēdi: accipiēs eſſe ꝑ ipm̄: aut per actū ꝯparatiuū itellectꝰ. Primo mō nā vl̄is in actu ideterminate poſitiue hȝ eſſe: qn̄q̄ in itellectu ꝑ ſpēm rep̄ſentātē ipſam. 2º mō. itentiones ſcđe ſic hn̄t eē in itellectu: ꝗ intentiones ſcđe cāntur per actū collatiuū itellectꝰ: ⁊ tamdiu manēt in ipſo itellecto: ꝙ̄diu manet actꝰ itelligendi. ¶ Scđa ꝓpō que facit ꝓ declaratione ꝯcluſionis eſt: qꝛ Ax. diſtinguēs ens in aīa: ꝯtra ens extra aiam: non accipit ens in anīa ſubiectiue: neq̄ etiā in aīa obiectiue: ſiue habitualr̄ ſiue actualr̄ ante actū itelligēdi. ꝑma ps declarat̄. Nā. 5. metaphyſi. diſtinguit ens in ens in anīa. ⁊ ens extra aiam. ens extra aiam imediate diuidit in. 10. genera. ergo qđlibȝ qđ eſt in genere ſm̄ ipȝ eſt ens ex̄ animā: ſȝ ſpēs itelligibilis ⁊ habitꝰ ſilr̄ actꝰ itelligēdi ſunt vere q̄litates exiſtes ꝑ ſe in ꝑdicamento q̄litatis: ⁊ ſunt entia in aīa ſubiectiue. ergo entia in aīa ſubiectiue ſunt entia extra aiam ad modū loquēdi ipſiꝰ. Scđa pars ipſius ꝓpoſitionis ꝓbat̄: qꝛ genera ⁊ ſpēs ſm̄ ipm̄: capiēdo iſta ꝑ itentiōibꝰ ꝑmis ſunt in aīa obiectiue: ſed iſta ſunt ex̄ anīmā: qꝛ ſunt per ſe in genere. ergo entia in anīa obiectiue ſunt entia extra aiam. Ex quo ſeq̄tur ꝙ ens in aīa diſtinctū ꝯtra ens extra aiam eſt ꝑciſe ens obiectiue in anima actualr̄ poſt actū itelligēdi: vel accipiēs eē ꝑ aliquē actū collatiuū itellectꝰ: de quo dcm̄ eſt in vltimo mēbꝛo iſtiꝰ diſtinctiōis. Ex hoc apparet ꝯcluſio nr̄a: ꝙ ſiue capiatur nā vt hȝ eē obiectiuū in anima habitualr̄: ſiue vt actualiter ante actū itelligēdi: nā iſto mō accepta eſt ens ex natura rei. ḡ ſibi corrn̄det aliqua vnitas ex natura rei. ꝯn̄a pȝ: qꝛ vnicuiq̄ entitati corrn̄det ſua ꝓpria vnitas: cum vnitas ſit paſſio entis. ¶ Tertia ꝯcluſio: Et vnitas vniuerſalis in actu ē vnitas rōnis. ¶ Pro cuiꝰ itelligētia ē aduertēdū: ꝙ vl̄e cū ſit nomē concretū: vt dcm̄ eſt ſuperius pōt accipi: vl̄ pro ꝯceptu quē ꝑ ſe iportat hoc nomē vl̄e: vl̄ pro dnoīato a tali ꝯceptu: qđ ē fundamētū ipſius cōceptus. Si capiatur vniuerſale pro ꝑ ſe conceptu: tunc vniuerſale iſto mō nihil aliud eſt ꝙ̄ relatio ratiōis. qua itellectus comparat vnā itentionē ꝑmaȝ in itellectu ad aliam intētionē primā per modū pꝛedicabilis: ⁊ ſubijcibilis. ſ. comparādo animal ad hominez: iſta comparatio nō eſt niſi reſpectus rationis in aīali derelictus ab actu collatiuo itellectus. Qui reſpectus rationis ex parte animalis appellatur genꝰ: ⁊ ex parte hominis reſpectus derelictus in eo appellatur ſpēs: quia iſta nomina genus ⁊ ſpecies ſunt impoſita ad ſignificādos iſtos reſpectus: et iſti reſpectus ſunt intētiones ſecunde fundate in intentionibus pꝛimis: ⁊ in cōceptibus pꝛime intentiōis: Hoc eſt in ipſis quiditatibꝰ ⁊ rationibus formalibꝰ itellectis ⁊ cōſideratis ab itellectu. Ex quo ſequitur ꝙ vl̄itas que

eſt p ſe ɔceptus vlis:eſt ens rõnis: ⁊ eius vnitas eſt me
re intẽtionalis. Et ſm h põt itelligi illud cõmune dcm:
ꝙ vle depẽdet ab itellectu:⁊ eſt de ɔſideratione logice.
Alio mõ põt accipi vle non ꝓ ꝑ ſe ſignificato.ſ; ꝓ deno
minato a ɔceptu vlitatis:qd̃ denoiatũ ẽ fũdamẽtũ ipſi⁹
vlitatis:⁊ tũc tale denoiatũ põt capi:vel ꝓ fũdamẽto re
moto vlitatis:vel ꝓ fũdamẽto ꝓxio:⁊ imediate denoia
to ab vlitate. Si capiatur vle ṗ mõ:ſic nã ipſa actu exñs
in ſingularib⁹:⁊ participata ab ipſis dr̃ vlis. dr̃ ſic iquã:
q; nõ eſt de ſe hec:ſ; ſibi nõ repugnat eẽ in multis: ⁊ vlte
ri⁹ cũ ſit ideterminata ꝑuatiue ⁊ negatiue: (q̃ idetermina
tio facit ad ipſaz vlitatẽ)nã iſto mõ dr̃ vlis: non gdẽ in
actu:ſ; remote ⁊ in po⁹. Alio mõ capiendo vle: nã abſtra
cta ab oĩb⁹ ſingularib⁹ indeterminata poſitiue:⁊ ɔ̃ric:dr̃
vlis in actu:q; tota rõ vlis:⁊ ɔpleta ɔſiſtit in idetermina
tione nãe reſpectu cuiuſlib; ſingularis. Uñ ſic rõ ſingu
laris ɔſiſtit in h ꝙ ipſa nã ſit determiata ꝑ ſingularita
tem:ita ratio vlis ɔſiſtit in h ꝙ ipſa nã eſt ideterminata i
determiatiõe oppoſita determiationi q̃ h; fieri ꝑ ſingu
laritatẽ. Iſtã ãt ideterminationez poſitiuã nõ h; nã:niſi
ab itellectu agente ꝓducẽte ſpẽm itelligibilẽ rꝑſentan
tem ipſaz abſtracte. Uel ab itellectu poſſibili ſ; aliã opi
nionẽ:cui⁹ eſt abſtrahere gditatẽ ⁊ nãz ab oĩ ſingularita
te. Et ſm h põt exponi illud Cõmen. in ṗ de aia. ɔmento
8. Q: itellect⁹ agẽs eſt ille q facit vlitatẽ in reb⁹. Ex quo
ɔcludit:ꝙ vle fũdamẽtale(vel ꝓ fũdamẽto ꝓxio:vl ꝓ
fũdamẽto remoto)h; vnitatẽ ex nã rei. De vli ꝓ funda
mẽto remoto p; ex dictis in ṗ⁹ ɔ̃ne ꝙ habeat talẽ vnita
tem ex nã rei. De vli ꝓ fũdamẽto ꝓxio. h idẽ apparet ex
dictis in ſcda ɔ̃ne. Nã illud qd̃ h; eẽ ex nã rei. h; vnitatẽ
ꝓportiõalr ſibi corñdẽtẽ. S; nã exñs obiectiue in itel
lectu:determiate ⁊ poſitiue h; eẽ ex nã rei:q; ſic h; eẽ an
te actũ itelligẽdi vel ordie tꝑis: vel ordie nãe. g̃ talis nã
h; eẽ ex nã rei. ⁊ ꝑ ɔ̃ñs h; vnitatẽ ſibi ꝓportiõaliter cor
reſpondentem.

Sed quantũ ad 3ᵐ arti circa ea q̃ dicta ſunt in
ſurgũt due difficultates. Pria dif
ficultas eſt:q; dcm̃ fuit in ṗ⁹ ɔ̃ne ꝙ nã h; aliquã vnitatẽ
realẽ miorẽ vnitate nũerali: ⁊ diſtinctã ab illa. Cõtra h
argr̃. Quicqd ẽ in vno numero ⁊ ſingulari eſt vnũ nũero
⁊ ſingulare. S; ita eſt ꝙ nã ſpecifica eſt in ſingulari qd̃
eſt vnũ numero. g̃ iſta nã erit vnũ nũero: ſ; qcqd ẽ vnuz
nũero eſt plurib⁹ icõicabile. g̃ iſta nã vt ẽ in ſingularib⁹:
aut in quocũq; ſingulari erit incõicabilis. ¶ Ad h argᵐ
rñdet:q; a ſili dicerẽ. Quicqd eſt in vna ſpẽ eſt vnũ ſpẽ:
ſ; ita ẽ ꝙ nã aĩalis ẽ in vna ſpẽ:puta in hoĩe. g̃ nõ poterit
diuidi in plures ſpẽs:neq; plurib⁹ ſpẽb⁹ cõicari: Et iõ rñ
dendũ eſt:ꝙ ſic aliqd eſt aĩatũ denoiatiue. ⁊ aliqd ꝑ ſe ṗ.
(denoiatiue:ſic corp⁹ dicit eẽ aĩatũ. ꝑ ſe ṗmo:ſicut hõ:q;
iſta eſt ꝑ ſe in ṗmo mõ. hõ eſt aĩal⁹:ſic ẽt in ꝑdicatis acci
dẽtalib⁹ ſupꝑficies ẽ alba denoiatiue. ſupꝑficies alba ẽ al
ba. vel icludit albedinẽ ꝑ ſe ṗmo:q; ſubm icludit ꝑdica
tum.) Ita dõm eſt in ꝓpoſito. ꝙ aliqd eſt ꝑ ſe ṗmo vnuz
nũero:aliqd ꝑ ſe nõ ṗmo vnũ numero. aliqd vo pure de
noiatiue:⁊ ꝑ accñs eſt vnũ nũero. Exẽplũ ṗmi. dicim⁹ ꝙ
ꝓpͤtas ididual. ſ. fortcitas ẽ vna nũero ꝑ ſe ṗ: q; vnitas
nũeral ẽ paſſio ꝑ ſe ṗ iſequẽs talẽ ꝓprietatẽ idiuidualẽ. ꝑ
quã vnitatẽ ſingularitati ſeu ꝓprietati idiuiduali repu
gnat ꝑ ſe ṗmo diuidi in plura:⁊ plurib⁹ cõicari. Exẽpluz
ſcdi. Sor. ɔſtituit⁹ ex fortcitate:⁊ ex nã eſt ꝑ ſe vnũ nume
ro:ſ; non ꝑrio. eſt eni ꝑ ſe talis:q; ꝑ partẽ:vel q̃ſi partem
ītrinſecã ⁊ eſſentialẽ. ſ. ꝑ ꝓprietatẽ idiuidualẽ q̃ eſt vlti
mate ɔſtitutiua ipſi⁹ Sor. nõ tñ ṗmo eſt talis:q; ſolũ eſt
vnũ nũero ꝑ vnitatẽ imediate ɔſequẽtẽ ſuã ꝓpͤtatẽ idi
uidualẽ. Exẽplũ tertij. nã ſpecifica que eſt in ſorte dr̃ eẽ
vna nũero denoiatiue: qm̃ ſic denoiat̃ ſingularis a ꝓpͤ
tate idiuiduali ɔ̃hẽte ipſam:ita denoiat̃ vna ab vnitate
ɔſequẽte talẽ proprietatẽ. Unde eſt veruz vlr:ꝙ qd̃cũq;
poteñale ⁊ ɔ̃hibile iformat̃ ab aliquo ɔ̃hẽte: ɔñter ifor
mat̃ ab vnitate ipſi⁹ ɔ̃hẽtis:⁊ denoiat̃ ab ipſa. Ex h rñ
det̃ ad formã argumẽti. cũ tu dicis. qcqd eſt in vno nũe
ro:eſt vnũ numero. ɔcedo. vel per ſe ṗmo:vel ꝑ ſe nõ pri
mo:vel denoiatiue:⁊ ɔcedo ꝙ nã iſto mõ ẽ vna numero
denoiatiue. ¶ Et cũ tu dicis. Qd̃ ẽ vnũ nũero ẽ icõicabi
le:ɔcedo. ſi ſit vnũ nũero ꝑ ſe:ſi ꝑ accñs ⁊ dnoiatiue. ego
nego. Et ɔcedo vlteri⁹:ꝙ illud qd̃ eſt ſic vnuz nũero põt
eẽ vle:ſ; nõ vnuz numero alijs modis. ſ. ꝑ ſe:aut ṗmo ⁊c̃.
¶ 2ᵃ difficultas cõis eſt. Iſta nã h; vnitatez ꝓpriã ⁊ di
ſtinctã ab vnitate numerali. aut g̃ tota iſta nã eſt in vno
ſingulari:aut non. Si dicas ꝙ nõ. g̃ tale ſingulare ẽ imꝑ
fectũ in nã:⁊ non icludit rõnẽ formalẽ nãe ſpecifice: ſm
oẽz ſui ꝑfectionẽ:qd̃ eſt abſurdũ. Si ãt dicas ꝙ tota iſta
nã ſit in ſingulari:⁊ totũ eſt illud cuius nihil eſt ex̃. ex 3°
phyſi. g̃ nihil iſti⁹ nãe erit extra tale ſingulare: ⁊ ita non
erit in alio ſingulari. ¶ Ad h rñſum eſt alſ: ɔcedẽdo:ꝙ
tota nã ſpecifica ẽ in vno ſingulari. ſ; nõ ꝑciſe: neq; ade
quate in illo:ita ꝙ dato:ꝙ tota ſit i vno:eſt ẽt tota i alio.
¶ Et cũ tu dicis. Totũ ẽ illud cui⁹ nihil eſt ex̃. iſta diffõ
ſic h; itelligi:cui⁹ nihil ẽ ex̃. i. cui nihil deficit reqſitũ ad
eẽ toti⁹. ⁊ ſic cõcedo ꝙ in ſorte. exẽpli grã. nihil deeſt qd̃
ſit reqſitũ ad eſſe hoĩs. non tñ dico:ꝙ totũ reqſitũ ad eẽ
hoĩs ſit ꝑciſe in ſorte: ⁊ per hoc apparet determinatio
iſtius queſtionis.

Quantum ad 4ᵐ arti. Reſtat ſoluere arg⁹ ṗnci
palia adducta añ oppoſitũ. ¶ Ad pri
mũ igit̃ argᵐ rñdeo:negãdo ɔñam. ſ. ꝙ ſequat̃:ꝙ due aĩe
itellectiue ſint in ſorte. Et ad ꝓbationẽ rñdet̃ ṗmitten
do tria notãda. ṗᵐ ꝙ oĩs entitas gditatiua alicui⁹ gñis:
ſiue ſe habeat vt totũ:ſiue vt pars:põt accipi vt nã: vl vt
h ⁊ ſingulare:vt nã:eſt ṗor nãliter ſeipſa vt hec:⁊ ipſa vt
nã:non diſtiguit̃ a ſeipſa vt hec:niſi per hecheitatẽ: que
hecheitas cũ ſit eadẽ realr ipſi nãe:ipſa ⁊ nã non ſunt ali
qua duo diſticta realr:q; tñ hecheitas diſtinguit̃ forma
liter a nã:⁊ ẽ ṗmo diuerſa ab ipſa in nullo ɔueniens cum
ipſa gditatiue eo mõ quo drĩa eẽntialis eſt ṗmo diuerſa
a gñe:diſtiguit̃ ipſa hecheitas a nã formalr ex nã rei: ita
ꝙ ipſa nã vt nã diſtiguit̃ a ſeipa vt hec:diſtictiõe predi
cta. ¶ 2° notãdũ ẽ ꝙ aliq̃ duo non dñr eẽ duo talia: niſi
habeãt duas ɔditõẽs:q̃ꝝ vna eſt ꝙ ſit aliq̃ rõ cõis vtriſ
q;. 2ᵃ eſt ꝙ illa rõ realr diſtiguat̃:⁊ numeret̃ in ipſis. Aĩa
itellectiua vt nã:⁊ aĩa itellectiua vt hec: non ɔueniũt in
aliq̃ vna rõne formali:q; ſupi⁹ ⁊ iferi⁹ nõ dicunt̃ ꝓpͤ cõ
uenire:ſ; vnũ ipſoꝝ ẽ illõ qd̃ ɔtinet alteꝝ:⁊ in q̃ alterũ
ɔuenit. Itẽ cũ aĩa itellectiua vt nã: ⁊ aĩa vt hec. ſe hñt
vt nã ⁊ hecheitas. ⁊ iſta ſint ṗ diuerſa non ɔuenientia in
aliq̃ vna rõne gditatiua:nõ hr̃ ṗ⁹ ɔditio q̃ eſt de ɔuenien
tia in rõne formali. ⁊ ex ɔñti non hr̃ 2ᵃ ꝙ rõ aliq̃ nũeret̃
⁊ diſtiguat̃ in ipſis. nõ. n. rõ nãe diſtiguit̃ i nãz ⁊ hechei
tatẽ:neq; eɔ̃:neq; hecheitas ɔuenit cũ nã i rõne nãe:ne
q; eɔ̃. g̃ hec nã ⁊ nã nõ dicunt̃ eẽ aliq̃ 2° diuerſa realr. Ex
q̃ ſeqt̃ ꝙ hec aĩa itellectiua ⁊ aĩa itellectiua nõ ſunt due
res:neq; duo diſticta realr. ¶ Ultiõ notãdũ ẽ: ꝙ ſic cõ
poſituz in cõi accipit̃ vt nã ɔpoſita (loq̃ndo de ɔpoſito
ſubali)ita ꝑtes eẽntiales ɔponẽtes ɔſtituũt ipſ; ɔpoſitũ
accepte ſub rõne nãe:⁊ ita ſi aĩa intellectiua ɔſtituit ho
minẽ in cõi:ɔſtituit vt nã:⁊ ſilr mã ṗ⁹ vel corp⁹. Per op
poſitũ ɔpoſituz ſubale ſingulare cũ ſit hoc:ɔſtituitur ex
aĩa itellectiua vt eſt hec:⁊ ex corpore:vt eſt hoc. Ex quo
ſeqtur ꝓpoſitũ:ꝙ (cũ nã non diſtiguat̃ realr a ſeipſa:vt
hec)hõ in cõi non diſtinguitur realr ab hoc homine. Et

ita nõ ſeqtur per ea que dicta ſunt: ꝙ aĩa itellectiua hoĩs
in cõi diſtinguatur ab aĩa itellectiua hoĩs ſingularis: qꝛ
iſta ſunt vnũ ⁊ idẽ ſm rẽ. ℂ Et ſi tu dicas: ſaltẽ hec aĩa
itellectiua ꝑ te diſtinguit̃ ex nã rei ab aĩa itellectiua in
cõi. ğ ſaltẽ due erunt aĩe itellectiue ex nã rei. ℂ Rñdet̃
ꝙ ſi hec aĩa itellectiua diſtingueret̃ ab aĩa itellectiua in
cõi ꝑ aliquã eẽntiã que eſſet in ipſa: ⁊ nõ eẽt in aĩa itelle-
ctiua in cõi: tunc ſeq̃ret̃ ꝙ eẽnt due. Sꝫ non eſt ſic in ꝓ-
poſito: qꝛ ſolũ iſta duo diſtiguunt̃ penes hecheitatẽ: que
eſt vltim⁹ gradus: ⁊ vltĩa realitas eẽntie: ⁊ nõ eſt aliqua
eẽntia: aut q̃ditas: imo ꝑmo diuerſa ab oĩ q̃ditate ⁊ eſſen
tia. ℂ Sꝫ ꝯ h̄ argr̃. Singulare dicit aliqḋ tertiũ diſtin
ctũ a partib⁹: ⁊ aliqḋ ꝯſtitutũ ex hecheitate ⁊ nã quã cõ-
trahit. ğ h̄ ſingulare qḋ eſt hec aĩa itellectiua ꝑ aliquam
eẽntiã diſtinctã a partib⁹ ꝯſtituẽtib⁹ diſtiguet̃ ab eſſen-
tia aĩe itellectiue. ℂ Rñdet̃: ꝙ nõ qḋcũq; ſingulare di-
cit aliqḋ tertiũ diſtictũ a partib⁹ ꝯſtituẽtib⁹: niſi ſit vlti
matũ h̄ aliqd ⁊ ſingulare: ſꝫ vbi ſit alteri rõ eẽndi: nõ im
portat aliqd 3ᵐ diſtinctuꝫ a nã ⁊ hecheitate. ℂ Uel põt
dici: ⁊ redit in idẽ: ꝙ q̊tieſcũq; nã ꝯ̄bitur ꝑ ſe per ꝓprias
hecheitatẽ ꝓciſe ⁊ vltimate. ſit vnũ 3ᵐ aliq̊ mõ diſtictuꝫ
vel q̄ſi diſtinctũ a ꝑtib⁹: vel q̄ſi ꝑtib⁹ ꝯſtituẽtib⁹. Sꝫ nã
aĩe itellectiue nõ ꝯ̄bit̃ per ꝓpriã hecheitatẽ iſto⁹: ſꝫ per
hecheitateꝫ toti⁹ ſingularis. ⁊ q̄ſi ꝑ accñs. ⁊ ita efficit̃ h̄
ꝑ hecheitatẽ toti⁹ vltimate. Mõ illḋ qḋ ſic ꝯ̄bit̃ ꝑ accñs
nõ ꝯſtituit aliqḋ vnũ 3ᵐ a ꝯſtituentib⁹. Ex q̊ ſeq̃t̃ ꝙ hec
aĩa itellectiua nõ dicit aliqḋ 3ᵐ diſtictũ ab anima: vt nã.
ℂ Pro declaratiõe iſti⁹ rñſionis eſt aduertendũ: ꝙ eſſe
ſeu eẽntia põt accipi trib⁹ modis. Uno⁹ accipit̃ eẽ ꝓut ẽ
illud ꝑ qḋ aliqḋ ꝑ̊ recedit a nõ eſſe. Per illḋ ãt aliqd pri-
mo recedit a nõ eẽ: ꝑ qḋ eſt extra potẽtiã ſue cauſe: ⁊ itel-
lectũ. ⁊ iſto⁹ oẽ illḋ hꝫ ꝓpriũ eſſe: ſeu eẽntiaꝫ: qḋ eſt extra
nihil: ⁊ extra itellectũ ⁊ potẽtiã ſue cauſe. Alio mõ capit̃
eẽ ꝓ eẽntia ⁊ q̃ditate: ⁊ iſto mõ illud hꝫ ꝓpriũ eſſe qḋ eſt
q̃ditas: vel aliqd ꝑtinẽs ad q̃ditatẽ ꝯſtitutiue: vl ꝑ̇dica-
tiue. Tertio mõ capit̃ eſſe ꝓut eẽ eſt act⁹ vltim⁹: cui non
aduenit aliq̇s ali⁹ actus: dãs ſimplr̃ eẽ: ⁊ illud ſic hꝫ prio
eẽ: qḋ nõ eſt ordiabile ad aliḋ: neq; ẽ alicui alteri rõ eẽn-
di. ⁊ iſto mõ tm̃ ꝯpoſitũ ſubale. ſ. ipm̃ ſuppoſitũ dr̃ hr̃e ꝓ-
priã eſſentiã: ⁊ ꝓpriũ eẽ: qḋ eẽ nulli aliq ꝯpetit a ſingula-
ri. Capiẽdo eẽ ꝑmo mõ: ꝯcedim⁹ ꝙ qḋcũq; ſingulare vt
diſtinguit̃ ꝯ nãꝫ: ⁊ ẽt ipſa hecheitas hꝫ ꝓpriũ eẽ ex natu
ra rei diſtinctũ a nã. ⁊ ſic hec aĩa itellectiua ſm aliquaꝫ
eẽntiã: iſto mõ diſtinguit̃ ab aĩa vt nã: ſꝫ diſtinctio iſta ꝑ
tale eẽ nõ ꝯcludit aliq̃ eẽ plura: ſꝫ aliquã rõne ſpecificã.
ſicut gradus albedinis vt tria hꝫ ꝓpriũ eẽ iſto mõ diſti-
ctũ ab albedĩe: ⁊ tñ gradus itẽſiõis: ⁊ ipſa albedo nõ plu-
rificant̃ in rõne formali albedinis. Neq; dicunt̃ due al-
bedines. ſic in ꝓpoſito de h̄ ſingulari qḋ eſt hec aĩa intel
lectiua: vt hec: ⁊ aĩa itellectiua vt nã: ⁊ rõ ꝓpter quã iſta
nõ dicunt̃ ſic plurificari: aſſignabit̃ in ſeq̃nti rñſiõe. Si
capiat̃ ẽt ſcḋo mõ. ſic ſingulare vt ſingulare eſt: aut ipſa
hecheitas nõ hꝫ ꝓpriũ eẽ diſtictũ a nã: neq; aliquã eſſen
tiã: qꝛ q̇cq̇d dicit ſingulare vt ſingulare eſt (de ſingulari
creato loq̃ndo) eſt ex ſe icõicabile: ſꝫ quiditas vt q̃ditas
eſt cõicabilis: ⁊ ei vt ſic nõ repugnat plurib⁹ cõicari. ğ ſin
gulare vt ſingulare nõ diſtinguit̃ a nã ꝑ aliquã eẽntiam
vel eẽ qḋ dicat̃ eẽ eẽntie q̃ditatiuũ. ⁊ ſꝫ h̄ dicit Porphy
rius ꝙ ſpẽs dit̃ totã q̃ditatẽ ſeu totã eẽntiaꝫ idiuiduoꝝ:
qꝛ illud qḋ addit ſingulare ſupra ſpẽm ⁊ nãm nõ ꝑtinet
ad q̃ditatẽ: ſꝫ eſt ꝑ̊ diuerſuꝫ ab oĩ q̃ditate. Capiẽdo eẽ ter
tio mõ: ſic ſolũ ſinglare ꝯpletũ ꝑ ſe exñs: qḋ nõ eſt alteri
rõ eẽndi hꝫ ꝓpriũ eẽ: ⁊ cũ hec aĩa itellectiua nõ ſit ſingu-
lare ꝯpletũ. iſto mõ non diſtiguit̃ ꝑ aliqḋ eẽ ab aĩa itelle
ctiua vt nã. ℂ Ex his ſeq̃t̃ vnũ correlariũ: ꝙ lꝫ illa q̃ di-
cunt̃ diſtincta eẽ ꝑmo mõ non dicant̃ plurificari ſm ra-
tionẽ ſpecificã. illa tñ que hñt diſticta eẽ ſcḋo mõ. aut 3ᵒ
pñt plurificari. ⁊ h̄ ſi illa que hñt diſticta eẽ ſcḋo mõ ha
bent diſtinctã exñtiã: vel ſalteꝫ ſibi non repugnet: qḋ di
co ꝓpter hoĩem ⁊ aſinũ in po⁹ obiectiua. que (qꝛ habent
diſtinctas eẽntias iſto mõ: cũ non repugnet eis hr̃e diſti
ctas exñtias) pñt dici ⁊ dicunt̃ plura aĩalia: ⁊ plura indi
uidua aĩalis. Loq̃ndo ãt de his q̃ hñt diſtincta eẽ tertio
mõ: illa dicunt̃ plurificari in rõne indiuiduali: ⁊ in rõne
ſpecifica ꝯtracta ad eẽ idiuiduale. ℂ Põt alr̃ rñderi ad
argumẽtũ breui⁹ (ꝑ qḋ ꝓbat̃. ꝙ hec aĩa itellectiua. ⁊ aĩa
itellectiua vt nã ſint due aĩe itellectiue formalr̃ diſticte:
⁊ ex nã rei) ꝑ̇ſupponẽdo ꝙ (cũ pluralitas ſit fũdamẽtuꝫ
diuerſitatis: qꝛ diuerſitas eſt relatio diſquiparãtie: q̃ hꝫ
fundari ſuꝑ multa in q̃tũ multa ſunt) ad h̄ ꝙ pluralitas
ſit fũdamẽtũ diuerſitatis aliquoꝝ in aliq̃ vna rõne: opꝫ
ꝙ pluralitas iſta accipiat̃ ⁊ ꝯſtituat̃ ex vnitatib⁹ ꝯſilib⁹
⁊ ꝯformib⁹: qꝛ ſi vnitates diſſormiter accipiant̃: diuerſi
tas iter iſta nõ ifert pluralitatẽ in illa rõne in q̃ notatur
eẽ diuerſitas. vñ nõ dr̃ ꝯueniẽter ꝙ hõ ⁊ aĩal dicãtur eẽ
plura genera: aut plures ſpẽs ſpãliſſime ex eo ꝙ iſta mul
titudo q̃ eſt hoĩs ⁊ aĩalis nõ accipit̃ in vnitatib⁹ ꝯſilib⁹:
ad h̄ enĩ vt ſint plura genera oꝫ vtrobiq; accipe vnitatẽ
genericã: ⁊ pluralitatẽ ꝯſtitutã ex talib⁹ vnitatib⁹. h̄ qḋ
appꝫ in itentiõib⁹ logicis: apparet ẽt in itentiõib⁹ reali-
bus: qꝛ hõ ⁊ aĩal nõ dicunt̃ plura aĩalia: neq; plures ho-
mines: nõ obſtãte diuerſitate aliq̃ ex nã rei iter hoĩem ⁊
aĩal. ex eo ꝙ iſta diuerſitas nõ fundat̃ ſuꝑ multitudineꝫ
ꝯſtitutã ex vnitatib⁹ ꝯſilib⁹. Ex q̊ ſeq̃t̃ ꝙ cuꝫ qḋcũq; ſin
gulare diſtinctũ ꝯ nãm nõ diſtinguat̃ a nã penes ꝯſimi-
leꝫ vnitatẽ: ſm quaꝫ nã ecõuerſo diſtinguit̃ a ſingulari:
ex iſtis vnitatib⁹ non põt iferri pluralitas et multitudo
in nã: ⁊ ita hec aĩa itellectiua: ⁊ aĩa itellectiua vt nã: non
pñt dici due aĩe itellectiue: ẽt ꝙ hec aĩa itellectiua diſti-
guat̃ ꝑ aliqḋ eẽ ex nã rei ab aĩa itellectiua vt nã: eo mõ
quo dcĩm ẽ ſupi⁹. ℂ Sꝫ tñ Cõcurrẽs meus nitit̃ ꝓbare
ꝙ aĩa itellectiua vt nã: ⁊ vlr̃ qḋlibꝫ ſupi⁹ reſpcũ iferioris
diſtiguit̃ realr̃: ⁊ ſm rẽ ꝑ ꝑ̇nᵐ ſuptũ a Sco. qꝛ illa diſtin
guũtur realr̃ q̊ꝝ vnũ põt eẽ ſine reliq̊. ℂ Rñdet̃ ꝙ illa
ꝓpõ ſic itelligit̃ a Docto. ꝙ illa diſtinguunt̃ realr̃: q̃rum
vnũ põt exiſtere ꝑ ſe: ⁊ ꝓpa exiſtẽtia ſine reliq̊: vel ſalteꝫ
ſibi nõ repugnat. Sꝫ vle ſeu nã cõis nõ põt exiſtere pro-
pria exñtia ſine ſingulari: qḋ deſinit eẽ: lꝫ exiſtat in alio
ſingulari ad exñtiã ei⁹. Ex quo ſeq̃t̃ ꝙ illa non diſtiguit̃
realr̃ a ſingulari corrupto: ⁊ rõ. qm̃ diſtinctio realis attẽ
dit̃ penes eẽ ⁊ eẽ: exñtie vel ſubſiſtẽtie. nã aũt circũſcri-
pto ſingulari: nõ eſt res exñtie. ğ non põt fundari diſtin-
ctio realis iter nãm cõem: ⁊ ſingularẽ. Hec q̃ dicta ſunt
ad ꝑ̇ᵐ argᵐ ſunt dicta ſm opi. Scotiſtaꝝ q̇ dicũt nãꝫ ha
bere aliquã vnitatẽ poſitiuã in oĩb⁹. quã opi. ſeq̃ndo rñ-
ſum eſt ad ꝑ̇ᵐ argᵐ ꝑ ea q̃ dixim⁹: q̃ via maiorem hꝫ diffi
cultatẽ: q̃ꝫ reliq̃ue due opi. q̃s ſeq̃ndo facilis ẽ rñ⁹. ℂ Ad
2ᵐ argᵐ rñdet̃: ꝑ̇mittẽdo: ꝙ corruptibile ⁊ icorruptibile
pñt accipi duob⁹ modis. queadmodũ alĩa diximꝰ. et ẽ de
mẽte Doctoris ſubtilis. in 3ᵒ ſniaꝝ. di. zz. Uno mõ capi-
tur corruptibile: vt eſt tale po⁹ remota. alio⁹: vt eſt corru
ptibile: po⁹ ꝓpinq̃. ꝑ̇⁹ mõ illud dr̃ corruptibile: qḋ hꝫ in
ſe: vñ poſſit dici corruptibile: nõ tñ põt attigere actũ cor
ruptiõis: qꝛ non hꝫ aliq̃s ꝯditiones req̇ſitas ad actũ cor-
ruptionis. Sicut calefactiuũ potẽtia remota qḋ hꝫ in ſe
calorẽ: vnde poſſit dici calefactiuuꝫ: ⁊ non habꝫ paſſum
approximatũ: ⁊ alia que req̇runt̃ ad actuꝫ calefaciendi.
Tale tamẽ corruptibile potentia remota non põt exire
in actũ: niſi fiat in potẽtia ꝓpinq̃: ſic nec calefactiuũ po-
tentia remota (qḋ hꝫ in ſe calorẽ: ⁊ non paſſum approxi-

matū:ꝛ alia q̄ reqrunt̄ ad actū calefaciendi) nō pōt exi-
re in actū calefaciēdi: niſi fiat in po^a ꝓpinq̄. Corruptibi
le vō potētia ꝓpinq̄ nō ſolū bꝫ in ſe: vn̄ poſſit corrūpi: ve
rūetiā imediate pōt attingere terminū corruptiōis ōda
cto q̄cūqꝫ alio. Applicādo ad ꝓpoſitū: qō gd eſt: ꝛ gditas
ſube mālis eſt corruptibil' ꝑ mō. ſ. po^a remota: nō tn̄ po^a
ꝓpinq̄. Jta q ista eſt ꝑ ſe ſcdo mō. Quiditas ignis ē cor-
ruptibilis tali corruptibilitate: ſic̄ iſta eſt ꝑ ſe z^o. color ē
viſibil. q āt h̄ ſit vez̄ declarat̄. qꝛ certū eſt q mā ꝑ^a iclu
dit̄ ꝑ ſe in gditate ſpēi mālis ēt ſꝫ ſcm̄ Tho. Sꝫ mā ē ex
q̄ res pōt eē ꝛ non eē. ex. 7. metaphy. ḡ vt ſic. talis gditas
eſt corruptibilis po^a remota. Sꝫ loq̄ndo de corruptibili
z^o mō. i. po^a ꝓpinq̄ (cū nihil ſit corruptibile: iſto mō niſi
id qō bꝫ mām ꝫctā ad actualē exñtiā) ſolūmō ſingulare
exñs ē ꝑ ſe corruptibile po^a ꝓpinq̄. Et ꝑ h̄ rn̄det̄ ad ar^m.
cū tu dicis. Corruptibile ꝛ icorruptibile dn̄t pluſq̄ gn̄e:
ꝯcedo: capiēdo vniformiter corruptibile ꝛ icōrruptibile
. ſ. in po^a ꝓpinq̄ actualr̄ ꝛ poſitiue: q ſi difformiter capiā-
tur: negat̄. Vn̄ illō qō eſt icorruptibile po^a ꝓpinq̄ nega-
tiue: pōt eē corruptibile po^a remota. h̄ āpli^9 declarabit̄ i-
feri^9. ¶ Sꝫ ꝯ ea q̄ dcā ſunt iſtat̄. Tu dicis. q ipa gditas
eſt icorruptibilis ſaltē po^a remota. ꝯtra: qꝛ ſcīa ē de eter-
nis ꝛ nec̄arijs: ꝛ icorruptibilib^9. ḡ (cū tales gditates ſint
corruptibiles ſꝫ te: ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō eterne: neqꝫ nec̄ie) cogni-
tio quā bꝫ itellect^9 de iſtis gditatib^9 non erit ſciētifica.
¶ Ad h̄ rn̄det̄: queādmodū al's dcm̄ eſt: q eternū capit̄
duob^9 modis. Vno^o capit̄ eternū poſitiue. Alio mō nega
tiue. Eternū poſitiue eſt illō qō bꝫ durationē ifinitā ꝛ co
exiſtentiā de ſe ad oēs dn̄ias tp̄is. Eternū negatiue ē illō
qō abſtrahit ab oi dn̄ia tp̄is: ꝛ qō nō bꝫ ꝑn^m durationis: ne-
qꝫ finē. Cōſilr̄ nec̄iuꝫ pōt accipi duob^9 modis. Vno^o po-
ſitiue. alio^o negatiue. Pͥo mō illud ē nec̄iuꝫ qō de ſe bꝫ
exñtiā idefectibilē. Nec̄ium negatiue ē illud qō ipoſſe ē
aliter ſe hr̄e. Vn̄ lꝫ ꝑ^m iferat z^m: non tn̄ eꝯ. Aliqd. n. ꝑt ſic
ſe hr̄e: q ipoſſe ē ipm alr̄ ſe hr̄e: ꝛ tn̄ non bꝫ exñtiaꝫ idefe
ctibileꝫ: qꝛ de ſe abſtrahit ab oi exñtia: ꝛ ab oi dn̄ia tp̄is.
